אֵיכָה

SIVE

JEREMIÆ

VATIS

LAMENTATIONES

Denuò è fontibus Hebraicis translatæ, cum Paraphrasi Chaldaica, Masora magna & parva, & Commentariis Rabbi Shelomoh, Jarchi & Aben Ezræ, è Buxtorfii Bibliis magnis excerptis.

Operâ FRANCISCI TAYLERI Angli.

Unà cum annotationibus marginalibus errores Paraphrastis Chaldæi, Masoræ utriusque, Rabbinorum amborum ut & errata typographica Bibliorum Regiorum, Venetorum, Buxtorfii indicantibus.

ANNO

הִנֵּה יְהוֹשֻׁעַ מָשִׁיחַ יְשׁוּעָתֵנוּ En Jesus Christus Salus nostra. 1651.

LONDINI,

Impensis *Johannis Ridley*, ad insigne Castelli, in vico vulgò vocato *Fleet-street*. 1651.

Æræ Christianæ Explicatio.

ה	נ	ה	י	ח	ו	ש	ע	מ	ש	י	ח
5	50	5	10	5	6	300	70	40	300	10	8

ו	ז	ב	ת	ע	ו	ש	י
6	90	400	70	6	300	10	

Summa 1651.

Mos est Judæorum librorum initio sententiâ aliqua celebriore uti, quæ libri compositi annum indicet.

In horum imitationem & Salvatoris nostri gloriam hunc annum præsentem characterem composui.

x224.3
B47L
1651

Clarissimo viro,
D. JOAN. SELDENO,

Jurisconsulto celeberrimo, linguarum Orientalium in Britannüs nostris lumini splendidissimo, *Franciscus Taylerus*, S. P. D.

Ritum est illud Hesiodi (*Clarissime vir*) a Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. *Mihi tamen semper placuit mea viris in hoc scribendi genere peritissimis, ut patronis committere, & tanquam judicibus submittere. Horum novi judicia accurata, pectora candida, qui errata ut facilè discernere norunt, ita clementèr corrigere, quàm inclementiùs corripere malunt. Horum Paradisus est linguarum Orientalium studium. Tibi non est incognitum Talmudicum illud* מהשעוח קבין של חבירן b ארום רוצה בקב שלו. *Imprudentium impudentiam nihil moror. Censuras eorum flocci facio. Regnum habent absque corona,* c תאבא חוצפא מלבושא בלא. *His meritò applicari possit adagium Rabbinicum;* על הצבע והחרש על השיר d הסומא לא ישפוט. *Cæcus non judicat de coloribus, nec surdus de musica. Te* (*ornatissime vir*) *ut in operis hujus patrocinium evocarem, peritia inte eximia cum comitate haud vulgari conjuncta invitavit. Tu me hominem obscurum in amicorum album recipere dignatus es, librorum præstantissimorum, quorum copiâ Bibliotheca tua celeberrima abundat, communicatione liberali prosecutus es. Tu mihi ad opuscula mea, qualiacunque fuerint, publicanda, suasor & persuasor extitisti, meque testimonio publico ultra vel mei, vel*

a Ἔργα καὶ ἡμέραι.

b In uno cabo suo quàm novem cabis socii sui homo magis delectatur. Talm. Bab. Bava Metzia, c. 3. f. 38. Ed. Ven.

c Sanhedrim. p. 105.

d Move Enaim. Pag. 78.

853260

meorum meritum exornasti. Munusculum hoc igitur aequi boni consulas rogo, quod necessitudinis nostræ testimonium publicum extare volui. Quod jam affero, mole licèt parvum sit, usu tamen haud exignum. c Cucumis præstat cucurbitæ, ut sciè Indeorum Doctores. Habent hìc docti quod non fastidiant, tyrones alas quarum beneficio ad textus sacri intelligentiam facilius aspirare poterint. Nolim ut succenseant lectores, si quæ mihi non penitùs placeant, iis non semper satisfaciant conjecturæ. Loca difficilia si dextrè magis explicare potuerint, me assentientem reperient. In arduis conatus solus non est contemnendus. Orbi lucem Luna communicat donec Sol redierit. Hæc sunt (doctissime vir) quæ quamvis tibi, quàm mihi magis sint familiaria, sub nominis tui umbra aliis communicare visum est. Vale amice celeberime, & me, quod facis, amare pergito

c ברצינא שבא מקרא
Succah juxta finem.

E Musæolo meo in urbe Cantuariensi.

Claritatis tuæ observantissimum

Franciscum Taylerum.

Sub ipsa Solis defectione notabili. *Mart.* 29. 1652.

Lectori.

Lectori S.

EN tibi, candide lector, Translationem noſtram Threnorum cum commentariis Hebraicis, in quibus licèt inutilia quædam reperies (quod ſcriptoribus Judaicis nimis eſt familiare) multa tamen, quæ ad ſacri textus enucleationem non parum lucis conferant, tibi ſe offerunt Verba Hebraica literis Latinis expreſſa ſunt, ne libri pretium creſceret, Errata quæ in Bibliis alibi impreſſis corriguntur, typographica ſunt, non autorum doctiſſimorum errores. Ea tamen in diſcentium commodum correcta dedi, qui eas difficultates invenientes facilè ab his ſtudiis deterrerentur. Horum cauſa etiam notulas quaſdam minoris momenti addidi, quibus viri docti non indigeant. Sphalmata Typographica quæ me abſente prælum peperit, in erratorum tabula emendantur, præter quæ in verborum Hebraicorum expreſſione in characteribus Latinis non rectè traduntur, quæ lector intelligens è textu Hebraico facilè corriget. Imperitis eorum correctione non eſt opus. Vale & me, meaque ſtudia Deo precibus aſſiduis commendato.

Errata

Errata Typographica.

PAg. 4. *Par. Chald.* l. per genas, p. 5. *marg.* l. nil dicitur, p. 12. *Par. Chald.* l. Moſis, Ib. *Maſ. Par.* 4. *Maſora.* Hæc nota marginalis eſſe debuit præpoſitâ literâ ק, p. 13. *Par. Chald.* l. Fame, Ib. *Maſ. Par.* in v. l. Lo 15. *Text Heb.* l. Contortæ, p. 16. *Shel. Jar.* l. plenè, ib. l. ſecundi, ib. l. calcavi, ib. l. unus ad expellendum, p. 17. *Shel. Iar.* l. indicaret, p. 19. *Ab Ezr.* l. pudefieret, ib. l. obſectationem, p. 27. *Shel. Iar* l. hi poteſtates, ib. *Text. Heb.* v. 3. l. Cornu. p. 29. *Shel. Iar.* l. effuſionem ignis niſi iræ conjunctam, ſicut dictum eſt effunde, (p. 28. l. *Shel. Iar.* in v. 4. ſc.) p. 30. *Par. Chald.* l. dedit, ib. *marg.* l. Bib. Reg. p. 35. *Maſ. Par.* l. Alphabeto. p. 35, *marg.* l. Deſcribentur auxilio, ib. l. 1. Sc. p. 36. *Shel. Iar.* l. maleſeci, p. 38. *Maſ. Par.* l. ſuum, ib. l. quater, p. 40. *Par. Chald.* l. effunde, ib. *Maſ. Par.* l. ſemel, p. 41. *Shel. Iar.* l. dividitur, ſicut, ib. *marg.* l. 1. Reg. ib. l. 2 Chron. ib. *Maſ. Par.* l. repetitur, p. 42. *Shel. Iar.* l. at illi, pa. 44. l. cecidit, ib. l. ruos, p. 49. l. greſſus, p. 56. *Sh. Iar.* l. confirmabis, ib. l. quod promiſiſti, p. 57. *marg.* l. redundat, p. 60. *Par. Chald.* in v. 36. l. reveletur ? p. 61. in v. 38. *Par. Chald.* l. eſt terra &c, p. 62. *marg.* l. *Maſora*, p. 63. *marg.* l. Aleph, p. 67. *Maſ. Par.* in v. 54. l. extat, p. 68. *marg.* l. ut hic, p. 70 *mar.* l. Io ei; p. 78. *Shel. Iar.* l. reguntur, p. 79. *marg.* l. Quia, p. 81. *Shel. Iar.* l. filiæ populi mei; ib. *Maſ. Mag.* l. c. 18. p. 85. *Sh. Iar.* in v. 14. l. inquinati, ib. *Ab. Ezr.* l. Sicut, p. 89. *mar.* l. Complut. poſita, p. 90. *Par. Chald.* l. Domino. p. 91. in v. 15. l. Et defectivus, ib. lin. 4. lege 18. Quia, p. 92. fig. 23. l. *Et audabis te*] p. 93. *Par. Chald.* l. Meroreſto, p. 95. *Maſ. par.* l. requies, ib. *Par. Chald.* l. Aſſyriis, p. 96. lin. 1. l. filias noſtras, p. 98. *Ab. Ezra* in v. 12. l. Servi, de, p. 99. *Ab. Ezra* l. cecidit, p. 101 *marg.* l. incranſitivum, ib. *Maſ. Mag.* l. c. 102. p. 102. *marg.* l. Suſpicor.

LAMENTATIONES.

Caput. I.

Text Hebr.

1 QUomodo solitariè sedet urbs populo plena? facta est sicut vidua: magna inter gentes, dominans inter provincias facta est tributaria.

Paraphr. Cald.

Dixit Jeremiah Propheta & Sacerdos magnus, Quomodo decretum est contra Hierosolymam, & contra populum ejus, ut judicarentur in repudium, & in lamentationem pro eis *faciendam dicendo*, QUOMODO? Quemadmodum judicati sunt Adamus & Hevah, qui expulsi sunt ex horto Edenis, & lamentatus est super iis Dominus mundi, *dicens*, QUOMODO? Respondit mensura judicii, & sic dixit, propter multitudinem peccatorum ejus, rebellionis sc. quæ in ea est, idcircò sola habitabit, sicut vir leprâ tactus in carne ejus, qui solus habitat. Fuit autem urbs cætibus repleta & populis multis. At iis evacuata est, & similis viduæ facta. Ea verò quæ magnificata est supra gentes, & dominium exercuit in provin-

eias quæ tributa attulerunt ei. reversa est ut esset depressa, & ut ipsa posteà tributum personale illis redderet.

Masora magna.

Ecah, Quomodo, 17. locis reperitur. Et loca hæc sunt. *a* Quomodo solus feram? *b* Quomodo potero expellere eas? *c* Quomodo colebant gentes? *d* Quomodo cognoscemus verbum illud? *e* Quomodo persequeretur unus mille? *f* Quomodo effecta est meretrix? *g* Quomodo dicitis sapientes? *h* Quomodo factum est malum magnum? *i* Eheu Dominne, quomodo faciemus? *l* Quomodo fractus est baculus robustus? *m* Quomodo cognosceret Deus? *n* Quomodo pascis? Quomodo cubas? (Bis sc. uno loco.) *o* Quomodo solitariè sedet? *p* Quomodo obtegit in ira sua? *q* Quomodo obscuratur aurum? *r* Quomodo reputantur pro utribus? Et semel *s* Ecah hu, ubi ipse?

Masora parva.

Ecah *quomodo*, locis 17. reperitur. Badad *solitariè*. 8. Rabbathi *multa* vel *plena*, 2. Bammedinoth *inter provincias* non reperitur: at semel legitur *t* Bimdinoth, *Esth.* 9. 16.

Rab. Shel. Jar.

Quomodo solitariè sedet] Jeremias scripsit librum Lamentationum. Hoc est volumen illud quod combussit Jehojachim *u* in igne qui super focum fuit. Et fuerunt in eo tria Alphabeta, unum in cap. 1. alterum in cap. 2. tertium in cap. 4. Posteà addidit caput tertium, quod tria Alphabeta contineret, sicut dicitur, *x* Et præterea addita sunt iis verba multa similia. *i. e.* Tria Alphabeta in uno cap. tribus prioribus respondentia.

Solitariè] Deserta ab habitatoribus suis.

Plena populo] Joe in Rabbathi redundat, quasi scriptum esset, Rabbath gnam .; Nam populus ejus multus fuit. Sunt qui allegorias multas exquirant; at ego veni ut exponerem phrasin scripturæ juxta sensum ejus literalem.

Facta est sicut vidua] At non facta est simpliciter vidua, sed sicut mulier cujus maritus abiit in provinciam transmarinam cum proposito ad eam redeundi.

Ab. Ezra.

Viri veritatis intelligent conciones allegoricas justorum qui ante

a Deut. 1. 12.
b Deut. 7. 17.
c Deut. 12. 30.
d Deut. 18. 21.
e Deut. 32. 30.
f Esr. 1. 21.
g Jerem. 8. 8.
h Judic. 20. 3. *sed ibi non est magnum. Fortè additur è memoriæ lapsu è* Gen. 39 9.
i 2 Reg 6. 15.
l Jer. 48. 17.
m Psal. 73. 11.
n Cant. 1. 7. *potiùs ubi.*
o Lam. 1. 1.
p Lam. 2. 1.
q Lam. 4. 1.
r Lam. 4. 2.
s 2 Reg. 6. 13. *sed nota hæc sic corrigi debet. Ecah quomodo.* 15. *locis reperitur. Ecah ubi* 3. *locis. Nam bis* Cant. 1. 7. *significat, ubi, ut antè notatum est.*
t. Sc. sine articulo incluso.
u Omnes editiones Venetæ & Buxtorfii legunt Super focum qui super ignem fuit, contra text. Jer. 36. 23
x Jer. 36. 32.

ante nos vixerunt, quæ fundatæ sunt in veritate, & in scientiæ formatione efficta. Omnia verba eorum auro similia sunt, & argento septies purificato. Veruntamen expositiones eorum allegoricæ variis rationibus distinguuntur. Sunt ex eis ænigmata, & arcana, & parabolæ ad nubes usque se efferentes: Sunt ex iis quæ cordibus fessis refrigerandis inserviant sectionibus profundis contentæ. Sunt ex iis quæ impingentes corroborent, & vacuos impleant. Ideoque sensus verficulorum corporibus assimulantur, & allegoricæ expositiones vestibus corpori adhærentibus similes existunt. Sunt ex eis tenues ut sericum, sunt autem spissæ ut saccus. Sensus verò literalis corpus est, verbis selectis & statutis expressum. Sic aiunt quod scriptura juxta sensum ejus simplicem intelligenda sit, ubi verba sunt translatitia.

Ideoque me Abrahamum filium Mair e terra longinqua eduxit, e terra sc. Hispaniæ suavitas purificantium, qui libros hos meos in captivitate mea in manu mea confirmaverunt, & me libros exponere interpretationibus favo dulcioribus docuerunt. Sic igitur volumen hoc juxta Grammaticorum regulas explicabo. Non est autem hoc volumen illud quod combustum fuit a Jehojachimo, quia non reperiuntur in eo *x* duo verba Dei, quæ in libro Jeremiæ scripta sunt. Ita enim scribitur, *y* Accipe volumen libri, & in eo scribe omnia verba, quæ de Israele ad te locutus sum, & de Juda & de omnibus Gentibus. Præterea scribitur, *z* Cur scripsisti contra eam dicens, Proculdubiò veniet Rex Babelis, & terram hanc perdet. At non est in libro Lamentationum mentio facta Babelis, nec Regis.

x i. e. *duæ sententiæ.*

y Jer. 36. 2.

z Jer. 36. 29.

Solitariè] Badad verbum est quod & de viris & de fœminis usurpatur, idque cum præpositione lamed in initio & sine ea; sic etiam verbum Betac *confidenter* usurpatur.

Plena Dominans] *a* Rabbathi & Sarathi penacuta sunt, ad distinguendum inter Jod additum, & Jod signum primæ personæ. Sicut *Hos.* 10. 11. Ohabhti laduſh, *amans triturare*, Ohabhti habet accentum in penultima. At manet accentus in ultima in Genubhti jom, *Gen.* 31. 39. *furto sublatum interdiù* propter variationem in litera Beth.

a Hæc nota falsa est, nam verba primæ personæ semper scribuntur cum accentu in penultima, nisi cum vau conversivum præteritum in futurum præcesserit. Mart. lib. 2. cap. 9.

Magna inter gentes] Non usurpatur vox Rabbathi ut

priùs in significatione multitudinis ; sed in significatione magnitudinis, sicut, Magnates Regis, *Ier.* 41. 1. Super unumquemque magistrum domus suæ, *Esth.* 1. 8. Habet Lamed in Lamas *Tributaria b* Pathah sub se, ut indicaret includi articulum He emphaticum qui deest. At litera Mem non habet Daggesh ad faciliorem pronuntiationem.

b *sc. in editione Venet. 2. At Buxtorfius correxit, et scripsit cum Camets juxta regulam Mart. lib. 2. c. 16. de la & va.*

Text. Heb.

2. Amarè noctu flet, & lachrymæ ejus super maxillas ejus *conspiciuntur*, ex omnibus amatoribus ejus ne unus quidem est, qui eam soletur ; omnes amici ejus in eam perfidè egerunt, & facti sunt ejus inimici.

Par. Chald.

Quando misit Moses Propheta nuntios ad explorandam terram, & reversi sunt nuntii & rumorem malum de terra Israelis sparsissent (erat autem illa nox nonæ diei mensis Julii) quando autem audiverunt populus domus Israelis rumorem malum illum quem publicarunt de terra Israelis, elevarunt populus vocem suam & fleverunt nocte illâ. Statim exarsit furor iræ divinæ in eos, & constituit ut flerent nocte hac per generationes eorum propter desolationem domus Sanctuarij. Et postquam dictum fuit in prophetia Jerimiæ Sacerdoti magno Hierosolymam desolatam ire per manus Nebuchadnezzaris improbi nisi resipiscerent, statim ascendit ille & reprehendit populum Israeliticum : at illa verba ejus recipere recusabant. Propterea ascendit Nebuchadnezzar impius & Hierosolymam vastavit, & templum igne devoravit nono die mensis *e* Julii. Ideoque flevit eo die congregatio Israelitica fletu acerbo, & lachrymæ per genus eorum stillavere, nec erat quod consolatoria verba, quæ cor eorum reficerent proferret, ex omnibus *f* idolis quæ ita dilexit ut ea sequeretur. Ideoque omnes socij eorum eis nocuerunt, & in hostes ejus capitales conversi sunt.

c *Buxtorf. pro becan legit becen ut ita esset vel ut ideo esset.*

d *Errat versio chaldaica. Ea nocte manibus dejectis fugit Zedechia cum suis. Ier. 52. 6, 7. at templum mense sequente, die. 10. combustum fuit. Ibid. v. 12.*

e *Augusti. Fibl. Reg. erat enim compositus ex Julio & Augusto.*

f *Chald.. idolii amoris ad eundum post illa.*

Masora parva.

Baco *flendo. i. amarè in translatione* quinquies scribitur cum Vau. Regneha *amici ejus* non extat alibi. Leojohim *inimici* non extat amplius.

Rab. Shel. Jar.

Flendo flevit] Duæ lamentationes ob duas desolationes.

g *Noctu*

g *Noctu*] Quia templum nocte combustum fuit unde dicitur, Amaritudo tempore vespertino est in quo ignem accenderunt. Alia interpretatio Noctu. *i.* nocte qua lamentatio exploratorum nono die mensis Julij occasio fuit iis lugendi. Alia interpretatio vocis *Noctu*, quia quicunque in nocte flet, qui audit vocem eius, flet cum eo.

Et lachrymæ ejus super maxillas] Quia perpetuò lugebat.

Omnes amici ejus] Qui amant eam.

g *Hæc est traditio Judæorum, nam de nocte mi dicitur.* 2 Reg. c. vult. 2 Chron. cap. ult. Jer. 52. *Vbi incendij illius fit mentio.*

Ab. Ezra.

Vau in Baco *flendo* est pro He, quia literæ Aleph, He, Vau, Jod, inter se commutantur, quemadmodum *i* Hisca! tagnaso.

3. In captivitatem abducta est Jehuda ob afflictionem & magnitudinem servitutis: habitat illa inter Gentes, requiem non invenit: omnes persecutores ejus in locis angustis eam apprehendere.

h *Sc. in proverbio aliquo, aut veterum traditione, non in scriptura.* i Gen. 31. 28. *Stultè fecisti.*

Par. Chald.

Abierunt domus Jehudæ in captivitatem, propterea quòd affligebant pupillos & viduas, & propter multitudinem servitij quam servire fecerunt fratres eorum filios Israelis, qui venditi fuere illis. Non proclamaverunt libertatem servis suis & ancillis suis, qui è semine Israelis fuere. Itaque etiam ipsi traditi sunt in manus populorum, & congregatio domus Jehudæ habitat inter populos, & requiem non invenit propter servitutem duram, quam servire fecerunt eam. Et omnes qui persecuti sunt eam, apprehenderunt eam, quando abscondita fuit illa in limitibus, & eam afflixerunt.

Masora parva.

Galthah, *in captivitatem abducta est*, non extat amplius. Vmerobh, *& ob magnitudinem*, non est alibi Hissiguha, *apprehenderunt eam*, non reperitur plenè scriptum. Hammetsarim, *locis angustis*, non extat alibi.

Rab. Sbel. Iar.

In captivitatem abducta est Iehuda] è terra sua.

Ob afflictionem] Ob fervorem afflictionis.

Et magnitudinem servitutis] Quam gravem iis Chaldæi imposuere.

Habitat illa inter Gentes] Et in loco ubi exulat, & habitat, requiem nullam invenit.

In locis angustis] Ubi colles hinc & indè sunt, ita ut nullus detur fugæ locus. Significat & terminos agri aut vineæ. Et l commentatio allegorica, inter m diem decimum septimum mensis Junii & nonum Julii.

Ab. Ezra.

Iehuda] Masc. gen. et fœm. est sicut & Israel, et Ægyptus. Sic n vattrecheze ac Mitsrajim. Sunt autem qui exponant vocem *Metsarim* verbis translatorum legis quorum memoria sit benedicta, ut usurpetur in sensu o *Mitsra*. Sed quod rectum est in oculis meis, venit à *Metsar* angustia etsi paulò aliter scribatur quàm debeat, quia Resh deberet habere p daggesha. Reperitur autem hoc verbum in gen. masc. & fœm. sicut q Bajith & Macom.

Text. Heb.

4 Viæ Sionis lugent eo quòd non sint qui veniant ad solemnitates, omnes portæ ejus vastatæ sunt, sacerdotes ejus suspiria emittunt: virgines eius mœstæ sunt, & ad ipsam quod attinet, amaritudine premitur.

Par. Chal.

Dum Hierosolyma stetit, renuerunt Israelitæ ascendere Hierosolymam, ut coram Domino apparerent tribus vicibus quotannis. Et cum propter peccata Israelis Hierolyma vastata est, & servi facti sunt, tum semitæ Sionis lugebant, quia nullus erat qui ascenderit ad eam in tempore solennitatum ejus. Omnes portæ ejus vastatæ sunt, & sacerdotes ejus suspiria ducebant, propterea quòd cessabant oblationes. Virgines ejus plangebant, eò quòd egredi desinebant die decimo quinto mensis Julii, & in die propitiationum, qui fuit die decimo Septembris ad congregandum se in choris. Et quod ad ipsam attinet, amarum valdè fuit cor eius.

Masora parva.

Abheloth, *lugent*, non extat alibi. Shomemin *vastatæ*, non reperitur. At semel legitur Shomemim. Et exr paribus est. Nugoth *mœstæ*, non reperitur s plenè scriptum.

Shel. Iar.

Qui veniunt ad solennitates] i.e. ascendentes ad festa.

Mœstæ] Significationem doloris habet. Et nulla radicalis litera est in dictione præter Gimel solam.

Ab.

l *Sub hoc nomine citant quandoque colloquia Rabbinorum, quandoque commentatorem aliquem in textum, qui titeram non sequitur, sed allegorias.*

m *Sc. inter exitum & reditum exploratorum juxta traditionem Rabbinicam. vid. Shel. Jar. in v. 2. et 15.*

n *Et urgebat Ægyptus. Exod. 12. 33.*

o *i.e. Pontis angusti.*

p *Sc. si capax esset, venit enim à radice Tsarar.*

q *Domus & locus.*

r *i.e. Verbis quæ bis tantum leguntur semel in Mem & semel in Nun desinentia.*

s *Cum duplici vau, ut hoc loco scribitur.*

Ab. Ezra.

Qui veniunt ad solemnitates] Qui veniunt in congregationes. Et quod rectum mihi videtur, intelligitur sanctuarium, & vocatur congregatio, quia omnes Israelitæ ibi congregati sunt. Et sic dicitur, [t] *in medio congregationum tuarum.* [u] *Combusserunt omnes Synagogas Dei* [x] *igne.*

Shomemin *vastatæ*] Nun vice Mem; Et sic, Accipe tibi [y] Chittin, *triticum.* In fine [z] Hajamin, *dierum.* Quia Nun & Mem literæ serviles sunt in fine dictionis signum pluralis numeri tam masculini quam [a] fœminini.

Nugoth *mæstæ*] Ex conjugatione Niphal est. Et sic; Nuge mimmogned, [b] *mæstos propter solennes conventus.* Quæ sunt ex significatione mœroris & mæstitiæ. Thau autem & Nun [c] adduntur.

Text. Heb.

5. Effecti sunt hostes ejus in caput, inimici ejus prosperè agunt, Dominus enim dolore affecit eam ob multitudinem defectionum ejus; pueruli ejus in captivitatem iverunt coram hoste.

Par. Chald.

Oppressores ejus præfecti sunt super eam, ut capita, & hostes eius capitales tranquillè habitant, quia Dominus fregit eam. Propter multitudinem [d] amaritudinum ejus ætate crescentes pueri eius in captivitatem abierunt coram oppressoribus ejus.

Masora parva.

Haju *effecti sunt*, ter reperitur in initio versiculi. Shalu *prosperè agunt*, Sexiès legitur. Peshagneha *defectionum ejus.* Non extat. Ex paribus est. Semel legitur in gen. masc. Semel. in fœm. Semel in num. plur. Semel in sing. Gnolaleha *pueruli ejus*, tèt legitur, bis autem defectivè.

Shel. Jar.

Prosperè agunt] In tranquillitate habitant.

Dolore affecit eam] Dolore fecit eam. Est enim ex significatione Jagon *doloris.*

Ab. Ezra.

Effecti sunt hostes ejus] *i. e.* Unusquisque eorum in capite. Et sic dicitur, [e] Rami ejus ultra murum, *i. e.* unusquisque ramorum.

Shalu *prosperè agunt*] Ex radice Shaluah, *tranquillitas.*

Hogah

t Psal 74.4.
u Psal 74.8.
x Est in loco citato Eadrets, in terra. Fortè Rabbinum fefellit dictio Baesh in v præced.
y Ezech. 4 9.
z Dan 12.13.
a Sc. ubi sam. plur. irregulariter desinit in im & in ut chittah triticum chittim & chittin.
b Zeph. 3.18.
c i.e. Sunt literæ Hemanticæ.
d Biblia regia legunt, transgressionum. Fortè pro Merorah legebant Merodaha ob similitudinem Daleth et Resh.
e Gen. 49.22.

Hogah *dolore affecit*] Est è conjugatione gravi aucta *f* a Jagon, *dolor*. Et sic, Togjun napshi, *g dolore afficietis animam meam*.

f Coning. gravis aucta apud Rabbinos est Hiphil et Hophal. Errant Grammatici nostri qui leves vocant.

Halcu Shebbi *iverunt captivitatem*] *i. e.* In captivitatem. Deest præpositio, Beth *Iu*. Et sic *h* Repertum domo Domini *l* in domo. Defectivus locus, sic qui deest post *ut l cervi*. Et sic *m* sicut aquæ mare tegunt; *i. e. quæ* mare tegunt.

g Job 19.2.
h 2 Reg. 18.15.
l in v. sequent.
m Hab. 2. 14.

Text Heb.

6 Et a filia Sionis exiit omnis magnificentia ejus effecti sunt principes ejus ut cervi *qui* non inveniunt pascuum, & viribus carentes coram persequente abierunt

Par. Chald.

Et exivit è congregatione Sionis omnis splendor ejus. Magnates ejus circuiverunt cibi causâ, quemadmodum circuire solent cervi in deserto, nec tamen locum inveniunt, ubi pascere liceat: abeunt *inquam* in debilitate roboris, nec potestas ulla fugiendi iis adfuit, ut salvi a præsentia hostis evaderent.

Masora parva.

Min bath *a filia*, lege Mibbath Hadarah *magnificentia ejus* bis extat. Rodeph *persequente* bis extat plenè: in altero loco est post *Nehpac* conversus.

n Josh. 8. 20.

Shel. Iar.

Ut cervi qui non inveniunt pascuum] Cervis similes sunt pascuum non invenientibus, qui tamen non habeant potentiam fugiendi, quia fame robur eorum extirpatum est.

Liphne Rodeph *coram persequente*] Ubicunque Rodeph in scriptura reperitur, defectivè scribitur. At hic plenè scribitur quia persecutionem passi sunt plenam. Super hoc fundatum est poema, plenam persecutionem passus sum; & deficit annus Geulai. *i. e.* redemptorum meorum: *o* venit annus Geulai. Defectivè ibi scribitur.

o Quia Rodeph hic plenè scribatur, et Geulai defectivè Es. 63 4. ideò de plena persecutione carmina composuit poeta. At in nostris Bib. pl enè ibi scribitur Geulai.

Text Heb.

7 Recordata est Hierosolyma diebus afflictionis suæ & ploratuum suorum omnia desiderabilia ejus quæ fuerunt ei à diebus antiquis: cum cecidissent populus ejus per manum adversarii, & nullus erat qui ei auxilium ferret, videbant eam hostes, & sabbata ejus deridebant.

Par.

Par. Chald.

Recordata est Hierosolyma dierum pristinorum, in quibus habitatio ejus fuit in arcibus & castellis munitis, & rebellavit & potestatem habuit in totum mundum & omnium desiderabilium suorum quæ à diebus antiquis possidebat. At peccati causâ cecidit populus ejus in manus Nebuchadnezzaris impii, qui eos oppressit, nec erat qui ei auxilio esset: viderunt eam oppressores ejus, quòd in captivitatem abiit deriserunt beatitudinem ejus, quia cessavit ab ea.

Masora magna.

Gnozer *auxilium ferens*, quinquies plenè scriptum reperitur. Loca hæc sunt. Pupilli tu es adjutor, Psal. 10. 14. Corruet adjutor & cadet adjutus, Es. 31. 3. Ne procul abs is a me, quia angustia propinqua est, &c. Psal. 22. 11. Recordata est Hierosolyma diebus afflictionis suæ &c. Lam. 1. 7. Et figet tentoria palatii sui &c. Dan. 11. 45.

Masora parva,

Umrudeha *& ploratuum suorum*, non extat, alibi *p* plenè scriptum. Ve en gnozer, *& non est auxilium ferens*, sexies extat. Gnozer *auxilium ferens*, quinquies extat plenè scriptum. Rauna *videbant eam*, quinquies extat.

p cum vau Shurec.

Shel. Jar.

Recordata est Hierosolyma] In captivitate ejus.

Dies afflictionis suæ] Dies desolationis suæ, quæ eam in afflictionem adduxit.

Et ploratuum suorum] Hæc vox in significatione lamentationis usurpatur, quemadmodum *q* Ut lugeam super montes. *r* Plango in meditatione mea & perstrepo.

q Jud. 11. 37. *r* Psal. 55. 2.

Omnia desiderabilia ejus] Et recordata est præstantiam omnium desiderabilium suorum, quæ a diebus antiquis obtinuisset.

Sabbata ejus deridebant] Lætabantur ob cessationem lætitiæ illius, festorum ejus, noviluniorum & sabbatorum. Et intepres mysticus aliter exponit sc. quòd captivi cùm fuerint in sabbatis & diebus festis quiescebant, & in septimanis sacris labores intermiserunt, ideoque Gentes eos deridebant, dicentes, In terra vestra laborastis in sabbatis, non quievistis, nunc autem

in captivitate quieſcitis : in terra veſtra ſabbata non obſervaſtis, jam verò captivi obſervatis.

Ab. Ezra.

Diebus afflictionis ſuæ] *i. e.* in diebus, quemadmodum, Sex dies fecit Dominus, *i. e.* in ſex diebus.

Et ploratuum ſuorum] In captivitate. Eſt autem Mem in Merudcha *ploratuum ſuorum* radicale.

Text. Heb.

8 Grande peccatum commiſit Hieroſolyma, propterea in diſperſionem venit : omnes qui eam honore afficiebant vilipendunt eam, quia nuditatem ejus viderunt etiam ipſa gemit, & retrorſum converſa eſt.

Par. Chald.

Peccatum magnum commiſit Hieroſolyma, idcirco deportata eſt : omnes populi qui priùs eam honorabant, vilem eam æſtimant, quia ſciſſuras ejus viderunt : illaverò ſuſpiria ducit, & retrorſum reverſa eſt.

Maſora parva.

Chet chatah *peccando peccavit*, non extat alibi, Lenidhah *in diſperſionem* non extat *n* plenè ſcriptum. Mecabbedeha *honore afficientes eam*, non reperitur. Hizziluha *vilipendunt eam*, nullibi extat. Neenachah *gemit*, bis reperitur.

Shel. Jar.

Lenidhah *in diſperſionem venit*] Sc. in captivitatem, ſignificatione *x* Nang vanad *vagus & jactatus*. Eſmeuuant in lingua *y* idololatrarum.

Nuditatem ejus] *i. e.* ignominiam ejus.

Gemit] Eſt in conjugatione Niphal vox Neenachah & in perſ. 3. fœm. ſing. Souſpirer in lingua idolol. Sic v. 21. hujus capitis, Audiverunt quòd ego ſuſpiria ducam. Hoc verbum ibi reperitur, * She je *z* ſoupireray.

Ab. Ezra.

Lenidhah *in motionem*] In ſubſannationem, ut Menod roſh commotionem capitis, Pſal. 44. 14. *a* Venid ſephathai, *& motio labiorum meorum*. Job 16. 5. Eſt autem e radice Nang vanad.

Hizziluhah *vilipendunt eam*] Contrarium eſt honori, ſicut, Lehotſi jacar mizzolel *b ad ſeparandum* pretioſum a vili

Jer.

∫ Exod. 20. 10.
t Manium ſc. quorum ſciſſura urbis nuditas eſt.
u i. e. *Cum Jod.*
x Gen. 4. 12.
y i. e. *Gallorum Erat enim Rab. Shel. Lunenſis e Vaſconum provincia oriundus et indè Farchi Hebraicè appellatus. Vocat autem Chriſtianos idolatras ob imagines Pontificiorum, inter quos vixit.*
* *Conjunctio hebr. cum prônomine Gallico. She. je.*
z Omittit ſ. in hac voce ante p. quia Galli omittunt in pronuntiatione.
a Buxtorf. biblia legunt. Venod ſed non rectè.
b Eſt in totſi ſi ſeparaveris, in textu.

Jer. 15. 19. quamvis sit a radice altera. Aut sensus loci est, Fiere fecerunt eam, aut efficerunt ut lachrymæ ejus diffluerent.

c i. e. *a zul non a nazal. Familiare est Rabbiniis verbo flexionem ab una radice, significationem, ab alia literes propinqua dare: ut Hizzilu a Nazal flectit Ab. Esra et significationem a zul dat.*

Text Heb.

9 Pollutio ejus in fimbriis suis est, finem suum recordita non est, ideoque mirabilitèr descendit, ne unus erat qui eam consolaretur. Intuere Domine afflictionem meam, quum inimicus se extulerit.

Par. Chald.

Contaminatio sanguinis menstruorum ejus in fimbriis suis ab ea purgata non est, neque peccatorum suorum eam pœnituit nec meminit quid in fine dierum super eam venturum sit, ideoque descendit, & cecidit, ita ut miraculo habeatur; neque ex eat qui verbis consolatoriis eam alloquatur: vide Domine & considera quoniam inimicus meus capitalis super me magnificatus est.

Masora magna.

Eth gnonji *afflictionem meam* ter extat. Et loca hæc sunt, d Afflictionem meam, & laborem manuum mearum. e Intuere Domine afflictionem meam quum inimicus se extulerit. f Quia vidisti afflictionem meam, & in angustiis cognovisti.

d Gen. 31. 42.
e Lam. 1. 9.
f Psal. 31. 7.

Masora parva.

Beshuleha *in fimbriis in suis*, non alibi extat g plenè scriptum, Pelaim *mirabilitèr*, non reperitur. Eth gnonji h bis extat.

g *Sc. cum Vau*
h *præter hunc locum sc. Aliàs Masora parva contraria esset magnæ.*

Shel. Iar.

Pollutio ejus in fimbriis ejus est] Significatione turpitudinis loquitur. Sanguis separationum ejus in fimbriis vestimentorum suorum agnitus fuit. Quasi diceret, peccata ejus maximè revelata sunt, publicè ea commisit.

Finem suum recordata non est] Quando peccarunt, non animadvertebant, quis eventus futurus esset, idcircò addit, Ideoq; descendit

mirabilitèr] *i. e.* Descensus ejus mirabilis fuit, imò valdè mirabilis, quia omnes mirati sunt me eam malis illis quibus nullam urbem unquam afflixi affecisse.

Ab. Ezra.

Mirabilitèr] *i* Descensu descendit.

i *profundè descendit.*

Text Heb.

10 Manum suam extendit adversarius in omnia desiderabilia ejus: vidit enim Gentes sanctuarium ejus ingressas, de quibus mandasti ut non venirent in congregationem tuam.

Par. Chald.

Manus suas extendit Nebuchadnezzar improbus & gladium extrahens omne desiderabile ejus excidit: etiam congregatio Israelis ejulare cæpit, quia vidit populos peregrinos ascendere in domum sanctam ejus, ubi mandasti ministerio Moses prophetæ de Ammone & Moabo, quòd puri non sint ad ascendendum in congregationem tuam.

Masora magna.

Tsiuvithath *mandasti*, tèr *m* plenè scribitur. Et loca describuntur in Masora magna in *n* Psal. 120. vide illic. Baccahal *in congregatione*, quatèr legitur cum *o* Daggesh. Et signum locorum in lingua Syriaca hoc est. *p* Ascendamus, clamemus, quia multa mandata recepi. Explicatio autem eorum sic se habet: Quis est qui non ascendit in congregationem, Jud. 21. 5. Quia multi fuerunt in congregatione qui sanctificati non fuerant. 2 Chron. 30. 17. Ubi mandasti ut non venirent in congregationem tuam. Lam. 1. 10. Surrexi in congregatione, clamavi Job 30. 28.

Masora parva.

Macmaddeha *desiderabilia ejus* bis legitur. Tsiuvithath *q* quinquies plenè scriptum reperitur. Baccahal quatèr cum Daggesh.

4. Masora parva contraria est magnæ, sed magna verior videtur, vid. Mas. mag. in Psal. 119. v. 4. ubi loca citantur.

Shel. Iar.

Extendit manum suam adversarius] Ammon & Moab.

In omnia desiderabilia ejus] Libri legis de quibus dicitur, *Psal.* 19. 11. Desiderabiles sunt præ auro, omnes in prædam argenti & auri conversi sunt. Conversi autem sunt illi in libros legis, ut comburerent eos, propterea quòd in iis scriptum sit, Non veniet Ammonita, *&c. Deut.* 23. 3.

De quibus mandasti ut non venirent in congregationem tuam] Hi sunt Ammon & Moab.

l Non essent digni. Bibl. Reg.

m *Sc. cum He paragogico.*

n *Errat Masora, nam loca citantur in Mas. mag. in.* Psal. 119. 4.

o i.e. *Baccahal. incluso articulo He cum Dagesh post se, non becahal.*

p *Vau in Nissoc videtur redundare in Bib. Bux. & Ven. nam Chaldæi semper dicunt Nissac. De Symbolis & eorum applicatione ad loca singula vid. notam in v. 19. hujus cap. Fortè Nissoc scribitur cum Vau ut differat a præterito. Semèl legitur* ניסוק. Num. 16. 12. *in Targ. Jonath.*

Ab.

Ab. Ezra.

Vidit enim gentes] De Hieroſolyma rurſùs loquitur.

Text. Heb.

11 Populus ejus vniverſus gementes quærunt panem, deſiderabilia ſua ob cibum dederunt, quo animan reficiant : aſpice Domine & conſidera, quòd vilis effecta ſim.

Par. Chald.

Totus populus Hieroſolymitanus præ famæ gementes & panem in cibum quærentes deſiderabilia ſua dedere ob refectionem panis ad animam confirmandam : vide Domine & conſidera quòd voratrix effecta ſim. r *Errat Paraphr. & Ab Ez. poſteà. Solet enim eccleſia miſerias ſuas Deo aſpiciendas proponere, non peccata.*

Maſora parva.

Macmandehem *deſiderabilia ſua*, redundat Uau. Zolelah *vilis* non extat plenè.

Ab. Ezra.

Zolelah, quemadmodum, *ſ* epulo & ebrius. ſ Deut. 21, 20.

Text. Heb.

12 Non vobis *accidit hoc* omnes qui via hac inſiſtitis, conſiderate & videte an ſit dolor ſicut dolor meus, qui mihi impoſitus eſt; quam dolore affecit Dominus in die iræ ejus ardentis.

Par. Chald.

Adjuro vos omnes qui per viam tranſitis, divertite huc, conſiderate & videte ſi ſit dolor qualis dolor meus *t* qui mihi evenit : quia fregit me Dominus in die furoris ejus vehementis. t *Quoniam occaſionem quæſivit contra me, ut confringeret &c. Bibl. Reg.*

Maſora magna.

Chemacobhi *ſicut dolor meus*, ter reperitur defectivè ſcriptum in hac ſignificatione. Et loca ſunt : *u* Multi ſunt dolores hominis improbi. *x* Sicut dolor meus qui mihi impoſitus eſt. *y* Attendite quæſo populi omnes, & videte dolores meos ; virgines meæ. u Pſal. 32. 10. x Lam. 1. 12. y Lam. 1. 18.

Maſora parva.

Eo *non* z Lamed parvum. Chemacobhi ter defectivè ſcribitur in hac ſignificatione. Gnolal *impoſitus* non extat ampliùs. Hogah *dolore affecit* ter legitur. z *Ad indicandum extremam inhumanitatem vicinarum gentium qui eorum miſerti non ſunt, ſed calamitates eorum augebant.* Bux. Tiber. l. 1. cap. 15.

Shel. Jar.

Non vobis] Ne accidat anguſtia huic ſimilis tranſeunti ulli. Jure hinc aiunt Sapientes, ut nos è lege erudiamur, videte quid

quid mihi fecerit; considerate & aspicite, & cæt.

Qui impositus est] Qui factus est mihi.

Quam dolore affecit Dominus] Me sc. in die iræ ejus ardentis. Hic etiam habet significationem doloris.

Ab. Ezra.

Lo] Sunt qui dicant è significatione Alah *maledictionis* esse: at hoc non invenimus sine Aleph. Sensus autem loci est, Ne vobis contingat quod mihi accidit.

Gnolal] Factus est mihi. Est autem è conjugatione gravi, non ea quæ vocatur *a* Poel, quia non scribitur cum Tseri, quemadmodum Conen ashurai stabiliens gressus meos, *Psal.* 40.2.

Hogab] Sicut *b* Harah concepit.

Text. Heb.

13 Ex alto ignem ossibus meis immisit, eùmque dirigebat: rete pedibus meis extendit, me reverti retrorsum fecit, desolatam me, totoque die languentem reddidit.

Par. Chald.

E cælo castellis meis fortibus ignem immisit, & subegit ea: rete pedibus meis pandit, me tergum vertere coram hostibus meis capitalibus fecit, me vastandam dedit toto die, longè removendam & debilem.

Masora magna.

Begnatsmothai *in ossa mea*, sexies legitur *c* defectivè scriptum in hac significatione. Loca autem notantur in Masora magna in fine Sectionis *d* Vajchi *& vixit*; vide illic. Davah *languentem* ter legitur & loca memorantur in, *Es.*30. & in sect. *e* Qedoshim *Sancti.*

Masora parva.

Begnatsmothai *f* quinquies defectivè scribitur in hac significatione. Vaijirdennah *eùmque dirigebat*, non extat alibi. Shomemah *desolatam*, ter extat. Davah ter legitur.

Vaijirdennah] *i.e.* Vaijered othah & subjecit *g* id, & fregit illud castigatione & correctionibus. Idcirco Nun habet Daggesh, ut numero sing. affixum interpretemur, quemadmodum Jagnasennah *h facit hoc*, Jecarsmennah *i vastavit eum*, Jirgnennah *devoravit eam*, nam gnetsem *vt* gen. fœm. est, quasi eu diceres, ossa exarefacta omnia sigillatim fregit, unum

a *id est quod planius dicit Mart. l.1. c.23. Hæc forma tùm passivè sumitur sæpiùs definit in Pathah. Sic Poel erit act. Pual pass.*

b *i.e. Verbum è quiescentibus He.*

c *i.e. Sine Vau.*

d *De In fin. cap. 50. Gen.*

e *In Levit. cap. 20.18.*

f *Masora parva verior est ut patet. Gen. 50. fin. ubi sex loca notantur, sed uno loco scribitur gnatsmothau ossa ejus.*

g *Sc. os.*

h *Mal. 2.12.*

i *Psal. 80.13.*

l *Hebraice sc.*

unum ſc. poſt alterum. Expoſitio alia : Et abſtulit eam, ſicut, *m* & abſtulit ex eo in manibus ſuis. Evacuavit medullam lacerans & auferens medullam ex eo. m Jud. 14. 9.

Ab. Ezra.

Vaijirdennah cohæret cum eſh *ignis* quæ vox reperitur in maſc. gen. quemadmodum, *n* devorabit eum, eſh lo nuppac ignis flatu non accenſus. Et ſenſus eſt, ſicut. *o* In eum per ſæviciam non dominabitur. n Job. 20. 26. o Levit. 25. 53.

Text. Heb.

14 Rebellionum mearum jugum manu ejus impreſſionem fecit, contorta ſunt, in collum meum aſcenderunt, robur meum dejecit : tradidit me Dominus in manus *eorum à quibus* ſurgere non potero.

Par. Chald.

Grave factum eſt jugum rebellionum mearum per manus ejus, implexæ ſunt ſicut palmites vitis, aſcenderunt in collum meum, leve factum eſt robur meum ; tradidit me Deus in manus ejus unde non poſſum ego exſurgere.

Maſora parva

Niſcad *impreſſionem fecit* non extat alibi. Adonai *Dominus* quaterdecies in hoc libro legitur.

Shel. Jar.

Niſcad impreſſionem fecit *jugum rebellionum mearum manu ejus*] Non eſt huic verbo ſimile in ſcriptura, & in lingua Syriaca in libro. *p* Peſictæ vocant ſtimulum Maſcada *i.e.* ſtimulum quo boves pungant. At ego affirmo quod Niſcad ſit in lingua idololat poin trinat, *Impreſſum.* Rebelliones meæ punctis variis notatæ fuere, maculis aſperſæ ſignatæ manu Dei benedicti in memoriale : oblivioni non datur numerus & ſumma eorum. p *Commentarius eſt antiquus in legem aut Leviticum tantum. Fuxt. Bibl. Rab p. 318.*

Jiſtargu *contortæ ſunt*] Factæ ſunt altera alteri implexa, & aſcenderunt in caput meum. Linguâ Talmudica dicitur, Non ſunt qui virgas contorqueant.

Ab. Ezra.

Verbum Niſcad *q* patre & matre caret. Reperitur autem ubi *r* Nimſhac extractus eſt, & Nimhar præceps fuit. Jiſtargu eſt è conjugatione Hithpael *ſ* è familia ſerigim perplexorum. q *Radix ejus non eſt in uſu.* r *Sc. in Niphal.* ſ *i.e. Ab eadem radice.*

Hicſhil *dejecit*] Cohæret cum *jugum peccatorum meorum.*

Deeſt

t i. e. *in manus ejus a cujus facie &c.*

Deest vero t *Cujus* post *In manus* et post *surgere* deest *ea* vel *a* facie ejus.

Text. Heb.

15 Conculcavit Dominus omnes robustos meos in me, conventum contra me ad frangendum juvenes meos convocavit: torcular virgini filiæ Jehudæ calcavit Dominus.

Par. Chald.

Fortes meos omnes in medio mei congregavit Deus, venit tempus constitutum contra me frangendi exercitum juvenum meorum: & ascenderunt populi juxta decretum verbi divini, & virgines domus Jehudæ inquinavere, fuit etiam sanguis virginum ejus effusus sicut vinum e torculari quo tempore vir uvas calcat vinum uvæ effundunt.

Masora magna.

Sillah *conculcavit* bis usurpatur & in duabus significationibus. Semel cum Aleph scribitur. Semel in initio, semel in fine versiculi reperitur. Et loca sunt, u Haijored Silla *descendens ad Syllam.* Sillah col abbirai. x *Conculcavit omnes robustos meos.* Priore loco scribitur cum Aleph.

u 2 Reg. 12. 21.
x Lam. 1. 15.

Masora parva.

Sillah bis legitur, & significatione duplici. Semel in fine versus, & cum Aleph scriptum. Adonai *Dominus* quaterdeciès hoc in libro legitur.

Shel. Jar.

Sillah calcavit & conculcavit juxta significationem Sollu sollu hamsillah, conculcate, concultate viam. Es. 62. 10.

y *Habebant enim Judæi menses plenos* 30. *dierum & cavos* 29. *dierum. Habent et annos impregnatos* 13. *mensium & simplices,* 12. *mens. Junius per se cavus anni plenitudine plenus factus fuit.*

Conventum contra me convocavit] Conventum exercituum qui venirent contra me. Doctores autem nostri ubi allegoricè exponunt, mystice interpretantur de Junio anni illius y quem plenò compleverunt. Anni sc. ecundi ab exitu eorum ex Ægypto. Idcirco quia occurrit reditus exploratorum z nocte nona Julii eo die constituta fuit lamentatio eorum per generationes.

z Num. 13. 25.

Gath darac *torcular calcavit*] In significatione occisionis, quemadmodum, Torcular cacavi solus. Es. 63. 3. Quasi calcaret unus ad expellandum vinum eorum, sic conculcavit homines ad effundendum sanguinem eorum.

Ab.

Ab. Ezra.

Sillah ex eadem radice cum Meſſillah via aggeſta: Similiter torcular Dominus darac *calcavit* è radice derec *via*. At Selah radix altera eſt. Gath *torcular* idem cum Jegeb.

Vox [a] *virgini* pendet a voce *filiæ*: filia autem Jehudæ eſt tota tribus, virgo vero Hieroſolyma.

[a] *Buxt. Bibl. legunt Bethuloth, ſed falſò. Eſt enim in textu Bethulath.*

Text Heb.

16 Ob hæc ego fleo, oculus meus, oculus meus deſcendit aquis, quia conſolator longè abeſt a me qui animam meam reficiat: filii mei deſolati ſunt, quia invaluit inimicus.

Par. Chald.

Propter infantes colliſos, & mulieres prægnantes, quarum ventres diſſecti ſunt dicit congregatio Iſraelis, Ego fleo, & oculi mei utrique lachrymis diffluunt ſicut fons aquarum, quia longè a me remotus eſt conſolator, qui me erigeret, & verba conſolatoria ad animam meam loqueretur: vaſtati fuere filii mei, quia in eos invaluit hoſtis capitalis.

Maſora magna.

Shomemim *deſolati* non extat alibi ſcriptum cum Mem in fine: at ſemel ſcribitur Shomemin. Sunt autem hæc duo unum ex undecim paribus ſingularibus quorum unum recipit Nun, & alterum recipit Mem. Et loca eorum traduntur in Maſora infine ſectionis Behar Sinai *b in monte Sinai*.

b In fin. cap. 25. Levit.

Maſora parva.

Bochijah, *flens* non extat plenè ſcriptum niſi hoc loco: Gneni *oculus meus* vigeſiès noviès extat.

c i.e. *Cum Fod*

Shel. Iar.

Oculus meus, oculus meus] Quaſi diceret, perpetuò aquis deſcendit oculus meus; Duplicatur verbum ut ceſſationem nullam fuiſſe judicaret.

Ab. Ezra.

Bochijah ſicut *d* Porijah frugifera.

d Pſal. 128. 3.

Oculus meus, oculus meus deſcendit aquis] Oculus hominis fonti aquarum aſſimilatur, oculus enim deſcendit *lachrymis*, & ſic aquæ *e fonte* fluunt: Sunt autem utræque actiones perpetuæ.

Text Heb.

17 Sion manibus ſuis extendit, nullus eſt qui eam conſole-

tur, præcepit Dominus ut hostes essent Jacobi, qui eum circumstant : Hierosol, ma effecta est quasi mulier impuritate menstruâ laborans inter eos.

Par. Chald.

Extendit Sion manus suas ob afflictionem sicut extendit mulier & clamat, super sellam suam paritura sedens, nec tamen ullus est qui verba consolatoria ad cor ejus loquatur : præcepit dominus domui Jacob præcepta & legem ut ea custodirent, at ipsi decretum verbi ejus transgressi sunt, idcirco Jacobum undique circundiderunt oppressores ejus, facta est Hierosolyma similis mulieri ob morbum separatæ inter eos.

Masora parva.

Persah *extendit* non legitur alibi. Bejadheha *manibus suis* ter legitur.

Shel. Jar.

Præcepit Dominus ut hostes essent Iacobi qui eum circumstant] Mandavit de Jacobo, ut hostes ejus eum circundarent. Etiam quando in Babelem & Assyriam captivi ducti sint ; in captivitatem duxit Sennacharib hostes eorum Ammon & Moab, & juxtà eos collocavit illos, qui vexarent illos, sicut dicitur in libro *e* Sponsalium. Homnia qualis erat in Babylonia tota ab Ammonitis incolebatur.

e Pars Talm. est in tractatu Nashim, de fœminis. Et Homnia nomen loci est in Babylonia.

Quasi mulier impuritate menstruâ laborans] Quasi menstruum aut præda.

Ab. Ezra.

Persah &c. *extendit*] B. *in* in Bejadheha *in manibus suis* redundat, sicut, Et potare facis eos Bidmagnoth *f in lachrymis* abundanter. Psal. 80. 5.

f i.e. *Lachrymas. Sic hoc loco, in manibus* i. e. *manus.*

Texi Heb.

18. Justus ipse Dominus, mandatum enim ipsius rebellione violavi: audite nunc omnes populi, & dolorem meum animadvertite, virgines meæ juvenesque mei in captivitatem abiere.

Par. Chald.

Dixit Dominus *g* verbo suo populo domus Israeliticæ ut occidentes gladio per terram eorum non traducerent. *h* Abiit Iosiah rex extraxit gladium contra Pharaonem Claudum in valle Megiddo idq; sine mandato Dei, neq; quæsivit instructionem a

g i.e. *Oraculo præcepit ne exercitum colligerent* 2 Chron. 35. 21. *Joan. Quinquarboreus in transl. Targ. in Lament.*

facie

facie Domini. Idcirco Jaculatores ſagittis vulnerabant Regem Joſiam, & ibi mortuus eſt. Priuſquam exiit ſpiritus ejus, h labia ejus movens ſic dixit, Juſtus ipſe Dominus, contra verbum ejus enim rebellavi. Audite nunc omnes populi lamentationem quam compoſuit Jeremiah propter Joſiam, & videte dolorem meum qui accidit mihi : poſt mortem ejus virgines meæ & juvenes mei in captivitatem diſceſſere.

Maſora magna.

Pihu *os ejus* vigeſies & bis extat. Et loca eorum traduntur in Maſora in initio Cantici canticorum. Marithi *rebellavi* tèr legitur, & loca ſunt : *i* Et ego non rebellavi, nec retrò converſus ſum. *l* Juſtus ipſe Dominus, mandatum enim ejus rebellione violavi. *m* Quia rebellando rebellavi, foris orbat gladius.

Maſora parva.

Pihu vigeſies & bis extat. Marithi ter extat. Gnammim *populi* lege hagnammim cum articulo. Macobhi *dolorem meum* ter extat *n* defectivè ſcriptum in hac ſignificatione.

Ab. Ezra.

o Omne *Na* ſignificat, Nunc. Et ſic, *p* væ nobis nunc quia peccavimus. Similitèr, *q* O Deus nunc ſana eam iam. Ideoq; reſpondet Deus *r* Annon pudifieret ſeptem dies? Moriatur nunc, Jer. 38. 4. Loquere nunc Eſ. 36. 11. Audi nunc, 1 Sam. 22. 12. At ſi addatur Aleph, obſervationem ſignificat (*i.e.* ana, quæſo) In lingua autem *Arabica* literis mutatis ſignificat *Nunc*.

Text Heb.

19 Ad amicos meos clamavi, illi verò me deceperunt, Sacerdotes mei cum Senioribus meis in ipſa civitate expirarunt : dum cibum ſibi quærerent, quo animam ſuam reficerent.

Par. Chald.

Dixit Hieroſolyma cum in manus Nebuchadnezzaris tradita fuit, Clamavi ad diligentes me inter populos quibuſcum fœdus pepigi, ut mihi auxilio eſſent, illi autem *t* me prudentiores cum eſſent ad perdendum me converſi ſunt. (Hi ſunt *u* Romani qui aſcenderunt cum *x* Tito *y* Veſpaſiano, & fortaſſe impreſſis Romani & Titus Veſpaſ. nec video quid hic agerent, ibi de Nebuchadnezzare verba fiunt.

h *Eſt interpretatio vocis Necoh : eſt enim Nacah percutere, &* 2 *Reg.* 23.29. *pro Pharaoh Necoh eſt Pharaoh Chagira* i.e. *Claudus in Targum Dicitur Mephiboſheth Neceh raglajim.* i.e. *Claudus* 2 Sam. 4.4.

i Eſ. 50. 5.

l Lam. 1. 18.

m Lam. 1. 20.

n i.e. *Sine Vau.*

o In Bibl. Eux. deeſt diſtinctio in initio hujus Verſ. *in Ab Ezra.*

p Lam. 5. 16.

q Num. 12. 13.

r unde apparet voluiſſe Moſen eam ſtatim fanari.

ſ i.e. *An pro na.* ſ *Pib. Reg. filios populorum. Sed non rectè nam* bene *filii ſcribitur ſine Jod in medio.*

t *Doloſe egerunt contra me B. Reg.*

u *Omittuntur in Bib. Venet. in* 4*to cum Par. Chald. et Shel.*

x *In Bib. Eux. ſcribitur Titom pro Titos.* y *Bib. Reg. Tito & Veſpatiano: non rectè. Vau enim eſt pars Veſpaſiani, & appellatur Titus Veſpaſianus. Sic Suet. Titus cognomine paterno.*

litia

litia contra Hieroſolymam ædificarunt) Sacerdotes mei, ſeneſque in medio civitatis defecerunt quum fulcimentum panis ſibi quæſiverunt in cibum, ut animas ſuas erigerent.

Maſora magna.

Vejaſhibhu *ut reficerent* ter reperitur lene *(i. e.* ſine Vau converſivo cum Pathah ſub ſe & Daggeſh poſt ſe*)* ſemel defectivè ſc. *(i e.* ſine jod*)* & bis plenè ſcriptum. Loca autem ſunt, Et appropinquaviſtis ad me vos omnes &c. Deut. 1. 22. Et aſpexi, & nemo erat, etiam inter iſtos & non &c, Eſ. 41. 28. * Dum cibum ſibi quærerent &c, Lam. 1. 19. Et ſymbolum eorum linguâ Syriaca eſt, z Viri petebant cibum.

Maſora parva.

Lamahabhai *ad amicos meos* non extat alibi. Rimmuni *me deceperunt* non reperitur alibi *a* plenè ſcriptum. Vejaſhibhu ter lenè ſcribitur.

Shel. Jar.

Ad amicos meos clamavi] Ad eos qui ſe quaſi amicos oſtendebant.

Ipſi deceperunt me] Quemadmodum Arabes quæ exierunt in occurſum eorum qui captivati fuerunt, quando Sabæi eos verſus illos deducebant, & ſe ſimulabant eorum miſereri, eiſque eduxerunt genera quædam herbarum ſilveſtrium, & utres inflatos, præ ſe ferentes vinum & cibos ibi eſſe. At cum ſitientes bibere voluerunt prout uter dentes cujuſque attigit, ventus in viſcera ejus collectus fuit, & ipſe moritur. Illud autem eſt quod dicit ſcriptura *b* per ſilvas in Arabia pernoctabitis, &c. *c* In occurſum ſitientis attulerunt aquas incolæ terræ Temæ, pane ſuo præveniunt evagantem.

d Et reficerent animam ſuam] Ita ut reficerent amiman ſuam.

Ab. Ezra.

Lamahabhai non legitur niſi hoc loco. Idem eſt cum *e* Ohabhai *Amatores mei.* Sic autem ſenſus loci ſe habet, Ad eos qui petiiſſent ut amarem eos.

Text. Heb.

20 Aſpicè Jehova, eſt enim auguſtia mihi, viſcera mea turbida ſunt, cor meum intra me ſe verſat, quia valdè rebellis fui : foris orbat gladius, intùs ſicut mors.

Par.

* *Bi pro Chi in Bib. Bux.*

z *Symbolum dicitur cum e ſingulis locis verbum unum decerpitur, & inde fit ſententiæ in memoriale locorum citatorum : virorum mentio fit in loco* 1. *petitionis ſeu inquiſitionis loco.* 2. *cibi loco* 3.

a i.e. *Cum Vau.*

b Eſ. 21. 13.

c Ibid. v. 14.

d *In bib. Bux. eſt vejaſhibb pro vejaſhibhu.*

e Pſal. 38. 11.

Par. Chald.

Intuere Domine quia auguſtia conſtrinxit me, idcirco viſcera mea convoluta ſunt, cor meum in medio mei vertitur quia valdè tranſgreſſa ſum ſtatutum verbi divini; & ea cauſâ foris conſumit gladius, & intus occidit fames, quaſi angelus perdens qui mortis præfecturam gerit.

Maſora parva.

Chomarmaru *turbida ſunt* non reperitur alibi cum Chamets chatuph. Bechirbi *intra me* undecies legitur. Marithi *rebellis fuit* tèr extat. Shicchelah *orbat* ter extat. Cammaueth *ſicut mors* ter reperitur.

Shel. Jar.

Chomarmaru] Calefacta ſunt. Dicitur enim phraſi Talmudicâ, cecidit in ignem & interiora ejus æſtuabant.

Intus ſicut mors] In medio domus fuit metus dæmonum, & lædentium ſpirituum, & angelorum mortis, & extra domum gladius hoſtilis orbabat.

Ab. Ezra.

Chomarmaru] Secunda & tertia litera radicalis geminantur. Et ſenſus eſt, turbida ſunt. Et ſic *f* Facies mea turbida eſt. Eſt autem è radice Chomer, *lutum*, nam fletus eſt ſicut aqua. Sic ſcribitur *g* vinum turbidum eſt. f Job 16.16. g Pſal. 75.8.

Text. Heb.

21 Audiverunt quod ſuſpirem ego, nemo eſt qui me ſoletur; audiverunt omnes inimici mei de calamitate mea, gaviſi ſunt quia tu feciſti: *utinam* afferres diem quem proclamaſti, ut ſint ſicut ego.

Par. Chald.

Audiverunt gentes quòd gemerem ego, nec eſt qui me conſoletur, omnes hoſtes mei capitales audiverunt malum in me deſcendiſſe, exultaverunt quia tu ille es Domine qui feciſti: adduxiſti ſuper me diem vindictæ, convocationem contra me convocaſti ad me vaſtandum, quemadmodum convocabis contra illos, & vaſtati erunt ſicut ego.

Maſora magna.

Vejihju undeciès legitur *d* lene. Loca autem tradita ſunt in ſectione legis quæ dicitur Terumah *oblatio*.

h *i. ſine vau converſivo cum* Pathah *ſub eo, et Daggeſh poſt.*

i *reperiuntur in Maſ. mag. in Maſora* Exod. 26. 24.

Masora parva.

Shamgnu *Audiverunt* ter legitur initio versiculi. Vejihju *ut sint* l duodecies Iene legitur.

l *Masora magna verior est, quia in* Exod. 26.24. *loca* 11. *citantur, et hic locus inter ea.*

Shel. Jar.

Quia tu feciſti] Tu in causâ fuisti cur me odio habeant, qui separasti me a cibo eorum, & a conviviis eorum, & ab affinitate eorum. Si conjugio me illis conjunxissem, miserti fuissent mei & filiorum filiarum suarum.

Attuliſti diem, vocaſti] *i.e.* Vtinam adduceres super eos diem juxta convocationem quam vocasti contra me.

Vt ſint ſicut ego] Sc. in malo.

Ab. Ezra.

m *i. utinam afferres.*

Attuliſti diem, vocaſti] Deest vox *utinam* ante *m attuliſti*, quasi hoc optaret ille. Præstat tamen ut sit juxta sensum literalem.

Text. Heb.

22. Veniat omnis iniquitas eorum coram te, & facito iis sicut feciſti mihi propter omnes defectiones meas: suspiria enim mea plurima sunt, & cor meum languidum.

Par. Chald.

Veniat in diem judicii magni omne malum eorum, quo me affecerunt coram te; & *dolore* afficias eos, quemadmodum dolore affeciſti me propter totam multitudinem rebellionis meæ; nam auxerunt suspiria mea, ita ut cor meum debile sit.

Masora magna.

n Es. 1.5.
o Jer. 8.18.
p Lam. 1.22.

Dauvai *languidum* ter legitur, & loca sunt, *n* Totum caput ægrum est, & cor totum, &c. *o* Retreans me contra dolorem. *p* Suspiria enim mea plurima sunt, & cor meum languidum.

Masora parva.

Anchothai *suspiria mea* non extat alibi. Dauvai ter reperitur.

Shel. Jar.

Veniat omnis iniquitas eorum coram te] Memoriâ retineantur & visitentur iniquitates eorum coram te.

q Prov. 20.11.
r Jer. 17.10.

Et facito iis] Et operare in eos. Quemadmodum, *q* etiam ex operibus suis agnoscitur. Et, *r* Juxta fructum operum suorum.

Ab.

Ab. Ezra.

f Et facito] Agito : è radice eadem cum Gualilothau *t* Actiones ejus. Et rectum videtur, ut sensus ejus sit, quasi de causa loqueretur. Et sic : *u* Et ab eo penduntur actiones.

x Expositio sensum cujusque versiculi exprimens.

1. Non sufficit quòd solitaria habitaret, cum mortui essent filii ejus, postquam populo plena fuisse t, nisi esset quoque sicut vidua viro orbata (quamvis nupta fuerit) ita ut non omnio futuri sint ei filii.

2. Quicunque luget, nocte dormit, at illa perpetuò flet : neque sufficit non esse illi consolatorem ex omnibus amicis ejus, nisi & in hostes ejus convertantur.

3. Quia non potuit ferre afflictionem regni, & servitutem duram quam servivit, captiva ducta est è terra sua : Et requiem non inveniens in loco ad quem abierat, reverti conata est, illi autem eam persecuti sunt, & in loco angusto eam apprehenderunt.

4. Desolatæ sunt portæ ejus, ubi convenire solebant Seniores Israel cum venissent, & suspiria ducebant Sacerdotes ejus, quia nec primitias nec decimas recepere : & anxiæ fuerunt virgines, quibus mos fuit in choris tripudiare quovis festo.

5. Inimici ejus in pace vixerunt, et illa sola in dolore : Etiam infantes ejus qui non peccarunt ob multitudinem peccatorum illius captivi abducti sunt.

6. In hoc versiculo de gradu honoris meminit, quòd hostes ejus capita fuerint, & omnis gloria Sionis ex ea abiit. *i.* regnum.

7. Si incepit in captivitate sua mentionem facere de occasu populi sui manu hostili, & de omnibus delectabilibus suis prioribus, irridebant eam hostes quòd ab operibus suis cessaret, & quod ageret non haberet.

8. Quando viderant illi nuditatem ejus, suspiria duxit, & faciem suam retrovertit, quia pudore confusa fuit.

9. Cum imprimis sanguis menstruorum suorum in fimbriis ejus visus fuit, non timuit ut recordaretur quòd fortè videretur nuditas ejus in fine, idcirco è captivitate inferius descendit, non visa est. Aspice Domine quòd magnificavit hostis

sc.

f Desunt duo puncta in distinctionem v.
t Es. 12. 4.
u 1 Sam. 2. 3.
x Videtur esse Ab. Ezræ, quia ejus notis perpetuò subjicitur.

sc. ad faciendum aut loquendum. Interpretatio altera : Et decendit mirabiliter, quasi diceret, & flevit. E significatione, ut z lugeam super montes. a Luge ob multitudinem Ægypti, & lugere fac eam. Et sic b lugeo in querela mea. Hæc autem omnia duas radices habent c Jaradh & Rudh.

z *Judic.*11.37.
a Ezech.32.18
sed Horidhuhu falso scribitur pro Horidhehu. vid.locum.
b Psal.55.2.
c *Descendit, et Flevit.*

10 Quando vidit Ammonitas & Moabitas venire in sanctuarium ejus, qui non occurrebant iis pane & aquâ, cum ex Egypto egressi fuerant, præ multitudine crudelitatis in corde illorum angustiâ compulsi sunt omnia desiderabilia eorum iis tradere.

11. Non pauci famelici fuere, sed totus populus ejus. Et postquam dederat omnia desiderabilia sua in cibum, similis facta est mulieri comessanti, quæ dat omnia quæ ab ea acquisita sunt ad implendum appetitum ejus.

12. Oro ut non veniat super vos sicut illud quod in me adduxit : indicate mihi, num sit dolor, sicut dolor meus, ut consolationem recipiam.

13. Æstus iræ ejus similis fuit igni descendenti de cælo, ad ossa enim penetravit, nec erat ei facultas fugiendi ab igne : Rete enim expansum fuit, eamque reduxit : Et ignis eam ussit donec desolata habitaret, & languida fuit quia quievit temporibus solennibus, & hoc est quod dicitur, Toto die languebat.

14. Assimilat peccata palmitibus vitis, quæ naturaliter arbores omnes altas apprehendit, ut simul crescant. Et verbum Tradidit me, est sicut, d Deseruit me. Et sic, e Idcirco non dedi te, Et sensus est, In manum iniquitatum. Sensus hujus loci verus est, In manum inimici propter peccata.

d Isai.49.14.
e Gen.20.6.

15. Conculcavit. i. Dedit eam in hostis potentiam, quia fortes ejus bellatores in via aggesta conculcavit Deus, hi autem erant in medio ejus ; & quasi sanctificavit vocatos, qui venirent ad frangendum juvenes ejus fortissimos, & sanguis eorum effusus fuit, sicut sanguis uvæ in torculari.

16. Dixit Hierosolyma (quæ vocatur virgo filia Jehudæ) propter mala quæ recordor ego fleo, & quotidie lachrymæ ex oculis meis descendunt, nec est qui me soletur, & filii mei qui captivati sunt, desolati sunt, quia inimicus hostilis in eos prævaluit.

17. Etiam

17. Etiam Sion urbs regia consolatorem quæsivit, & nullus erat: quia Dominus decrevit contra Jacobum, & præcepit hostibus ejus ex omnibus populis qui eam circumdabant, ut polluerent Hierosolymam, ut esset sicut mulier ob menstruorum morbum separata.

18. Judicium justum esse pronunciavit, ipsa enim dicit, Audite nunc omnes gentes, quæ vidistis virgines meas & juvenes meos in captivitate (confiteor) quòd ob iniquitatem abducti fuerint.

19. Vicinos meos è populis exteris invocavi, si fortè consilium mihi darent: at illi deceperunt me. Omnes enim consiliarii mei fame mortui sunt, tam sacerdotes qui preces pro me funderent, quàm seniores qui consilium mihi darent. Tantummodò relicti erant aliqui ex adolescentibus & è virginibus, quibus adfuit robur ad ferendum, & illi quoque captivi abducti sunt.

20. Tunc autem ad Deum clamavi & confessa sum, quando vidi gladium hostilem foris orbantem & in domo famem mortiferam.

21. Audiverunt inimici mei, de quibus superiùs mentio facta est, nec tamen ullus erat ex iis cololator: & clamorem meum inimici ipsi audivere, & gavisi sunt, nam tu eos gaudere fecisti, & appropinquare fecisti diem quem proclamasti, & venerunt juxta mandatum tuum, donec mihi æquales facti sint. Sed præstat ut sit expositio loci de tempore futuro, Utinam adduceres diem, quem proclamasti ministerio prophetarum, ut eveniat iis quod mihi evenit.

22. Facito iis ob iniquitatem eorum sicut fecisti mihi propter peccata mea, quia languet cor meum, donec sint *f* sicut ego, quia ipsi quoque in te transgressi sunt.

f Bamoni pro Camoni in Bib. Buxt.

Caput Secundum.

Text Hebr.

1 Quomodo obnubilavit Dominus filiam Sionis in ira ejus? è cœlo in terram ornamentum Iſraelis dejecit: neque ſcabelli pedum ſuorum in die iræ ejus recordatus eſt.

Par. Chald.

Quomodo abominatus eſt Dominus in furore iræ ſuæ congregationem Sionis? Dejecit e cælo in terram pulchritudinem Iſraelis: neque recordatus eſt domûs ſanctæ, quæ fuit ſcabellum pedum ejus, non miſertus eſt illius in die furoris iræ ſuæ.

Maſora parva.

Ecah *quomodo* deciès ſeptiès legitur. Velozacar *neque recordatus eſt* tèr reperitur.

Shel. Jar.

Quomodo obnubilavit] Caligine texit, *a* ſicut dicitur, Et cælum nigrum erat *b* nubibus.

E cœlo in terram] Eos quos ad cœlum uſque exaltaverat in terram projecit momento uno, non paulatim: è tecto alto in foveam profundam.

Scabellum pedum ejus] Scabellum ſub pedibus ejus. Intelligit autem domum Sanctuarii.

Ab. Ezra.

Quomodo obnubilavit] Sunt qui dicant Jagnibh *obnubilavit* derivari a Gnaoh *nubes*, quaſi diceret, obtenebravit. At ſenſus eſt, exaltavit ad nubes.

Scabellum] Similitudo eſt throni parvi ſub pedibus.

Text Heb.

2 Abſorpſit Dominus, non parcens, omnes habitationes Jacobi

a *In Bib. Eux. et Ven. ſcribitur Deith amar pro Deithauar.*

b *Non rectè additur E. in begnabbim. 1 Reg. 18.45. eſt revera ſhamajim begnabbim. Pſal. 147.8. Sed non Hithcadderu. Memoriæ lapſus Rabbinis familiaris eſt in citandis ſcripturis*

Jacobi, ſubvertit in furoræ iræ ejus munitiones filiæ Jehudæ, terram ut attingat fecit : regnum cum principibus ejus profanavit.

Par. Chald.

Vaſtavit Dominus (non pepercit) omne ornamentum Jacobi, deſtruxit in ira ejus caſtella congregationis domus Jehudæ, ad terram deduxit : profanavit regnum cum magnatibus ejus.

Maſora parva.

Lo *non*. Lege velo *& non*.

Shel. Jar.

Habitationes Jacobi] Domos Jacobi. Neoth enim eſt è ſignificatione Navah, Inhabitavit.

Terram ut attingeret, fecit] Dejecit eas ad terram.

Regnum cum principibus ejus profanavit] Hi ſunt Iſraelitæ, qui vocantur *c* regnum Sacerdotum. c Exod. 19. 6.

Et principes ejus] In expoſitione myſtica ſunt in poteſtates ſuperiores, quas mutavit. Præpoſitum aeri aquæ præpoſuit, & omnes præpoſitos mutavit, quia fuerunt apud malos Iſraelitas famæ magnæ. Et confidebant illi quod adjurare poſſent poteſtates ſuperiores ; ita ut liberarent eos ab igne & aquis, & gladio. At nunc cum quis adjuraret principem ignis nomine ſuo, ille reſpondet, Non eſt hoc dominium in manibus meis; & ſic omnes alii.

Ab. Ezra.

Aleph, in Neoth *habitationes* eſt pro Vau, ſicut *d* habitationes paſtorum. Et ſic *e* Tetau lachem, *determinate vobis*. d Zeph. 2. 6. e Num. 34. 7. *ubi in Hebræo textu Aleph eſt pro Vau.*

Text. Heb.

3. Succidit in æſtu iræ univerſum coram Iſraelis, retrocedere fecit dextram ejus a facie inimici : & accendit in Jacobo quaſi ignem flammantem undique devorantem.

Par. Chald.

Excidit in æſtu iræ *f* omnes pretioſos inter Iſraelitas, redire fecit manum dextram ejus, nec auxiliatus fuit populo ſuo coram facie hoſtis capitalis : & accendit in domo Jacobi quaſi ignem flammantem undique conſumentem. f *Chald. omnem gloriam.*

Maſora magna.

Bachori aph *in æſtu iræ* quinquies extat. Loca autem ſunt

Et exiit a Pharaone in æstu iræ. Exod. 11. 8. Et surrexit Jonathan a mensa in æstu iræ, 1 Sam. 20. 34. Propter æstum iræ Retsin & Syriæ & Remaliæ filii. Es. 7. 4. Tunc separavit eos: Amaziah, sc. exercitum &c. 2 Chron. 25. 10. Succidit in æstu iræ universum cornu Israelis, Lam. 2. 3.

Masora parva.

Gadhang *succidit* non legitur alibi. Bachori aph quinquiès reperitur. Vaijibhgnar & *accendit* non extat nisi hoc loco.

Shel. Jar.

Retrocedere fecit dextram ejus] Seipsum repressit quasi reduxisset manum suam a pugnando propter filios ejus.

Ab. Ezra.

Vaijibhgnar est verbum intransitivum, & deest *Ira*. Aut quod rectius est, cohæret cum *g in æstu iræ*.

g i.e. Ira accendit.

Text. Heb.

4 Arcum suum tetendit sicut adversarius, constituta fuit dextra ejus ut hostis, & occidit omnes spectabiles: in tabernaculo filiæ Sionis furorem ejus ut ignem effudit.

Par. Chald.

Extendit arcum suum & emisit contra me sagittas quasi hostis capitalis, stetit a manu dextra ejus sc. Nebuchadnezzaris & ei fuit auxilio quasi ipse populum suum affligeret Israelem, & adolescentem unumquemque interfecit & omnes qui ut viderentur oculis concupiscibiles fuere: in habitatione congregationis filiæ Sionis effudit sicut lampadem ignis furorem ejus.

* Puxt. Bib. Emagnare cheth pro Bemagnare-cheth.

h Besoph desiphra vel beseder debharo in ordine verbi sui: vel beseder in ordine. i. e. loco suo vel auxilio Dei Notabuntur. sc.

x Sensus est Deum hic uti vocabulo Darac quod significat calcare & tendere quia arcus strenui tendi non possunt nisi pedem figendo detineantur ne a tendentibus dilabantur.

Masora magna.

Chetsar *ut hostis* non extat alibi. Semel reverà legitur Chatsar. Et hæc sunt unum ex paribus quorum utrumque recipit Caph in initio dictionis suæ, quorum unum acutum est, & alterum penacutum. Et loca notantur in Masora majore in * ordine Alphabetico literæ Caph in *h* fine libri.

Masora parva.

Chetsar non extat, at semel legitur chatsac.

Ab. Ezra.

Arcum suum tetendit] x Quia consuetum est circa arcus qui sunt validiores pedem illis imponere, si quis illos contrahat, idcirco

idcirco usurpatur vocabulum Darac *calcavit.*

Furorem ejus ut ignem effudit] Sic conjungi verba debent, Effudit furorem ejus, qui igni similis est. Non enim invenire possumus effusionem conjunctam legimus, effunde furorem tuum in Gentes, Jer. 10. 25.

Ab. Ezra.

Netsabh constitua fuit dextra ejus. Est in conjugatione Niphal. Et dextra hebraicè est z gen. masc. *Sicut* Glorioſa robore. Exod. 15. 6.

z *Sc. hoc loco, sæpiùs enim fœm. est: est & in illo loco Exodi verbum habet fœm. unde è alii nolunt esse masc. nedhari cum Jod paragog. sed fœm. per Apoc. Thau.* i. e. *nedhari pro nedharith.*

Text. Heb.

5. Fuit Dominus quasi adversarius, absorpsit Israelem, absorpsit omnia palatia ejus perdidit munitiones ejus : & auxit in filia Jehudæ lamentationem & luctum.

Par. Chald.

Similis fuit Dominus hosti capitali, vastavit Israelem, vastavit omnia palatia ejus, perdidit urbes omnes, ubi arces ejus fuere : & multiplicavit in congregatione domus Jehudæ luctum & lamentationem.

Masora parva.

Hajah *fuit* non extat in initio versus in hoc libro. Vaijerebh *& auxit* bis reperitur & semel vejerebh.

Shel. Jar.

Et auxit in filio Jehudæ] Multiplicavit in congregatione Jehudæ,

Lamentationem & luctum] Dolorem & ejulatum. Vaijerebh. Notatur Jod cum Segol vel Tseri sub se, quando significat, multiplicavit alios. Et *i* multiplicavit populum, & corroborati sunt valdè. Habet autem Chirec sub se quando significat, *l* multiplicavit ille seipsum. Et sic omnia verba quæ desinunt in He, quemadmodum Panah *aspexit*, Zacah *purus fuit*, Bacah *flevit*, ita punctari solent quando amittunt He in fine. Quando loquitur quis de seipso habet Jod Chirec sub se, quemadmodum, *m* Et avertit se Pharaoh. Cum autem de alijs loquatur, habet sub se Segol aut Tseti, sicut, *n* Et caudam caudam versus vertit. *o* Et abducta est Jehuda è terra sua. Et adduxit Rex Babelis Israelem in Assyriam, 2 *Reg.* 17. 6.

i *Vaijerebh.* Exod. 1. 20.
l *Vaijirebh.*
m Exod. 7. 23.
n Jud. 15. 4.
o *Videtur in eorum Bib. scriptum fuisse Vaijegel. At in Plant. et Buxt. Bib. est Vaijigel, quod est contra hanc regulam.*
2 Reg. 25. 21.

Ab. Ezra.

Vaijerebh cum tribus punctis sub Jod è conjugatione gravi *p* aucta. Taanijah *Lamentationem*. Thau est Hemanticum. Venit autem ab eadem radice cum veanu; Et mærebunt & lugebunt, *Es.*3.26.

p i. Hiphil. vid. notas in Ab. Ezr. c.1.v.5. & c.3.v.33.

Text. Heb.

6. Et vim intulit Tabernaculo ejus quasi horto, perdidit locum indictum cultui suo: oblivioni dedit Dominus in Sione festa solemnia & sabbatha, & in æstu iræ ejus regem cum Sacerdote sprevit.

Par. Chald.

Et tanquam hortum eradicavit domum Sanctuarii ejus, perdidit locum destinatum propitiationi faciendæ pro populo ejus: oblivioni dedet Jehovah in Sione gaudium dierum *q* festorum, & sabbatorum, *r* & mutavit in vehementia iræ ejus Regem & sacerdotem maximum.

q Chald. bonorum.
r Lib. Reg. & annotum. Non rectè: Respondet enim Heb. verbo Sprevit. Nihil. ibi de annis.

Masora magna.

Succo *Tabernaculo ejus* ter legitur semel cum Sin scriptum. Et loca sunt, Et vim intulit Tabernaculo suo, *Lam.*2.6. Tabernaculum suum deseruit sicut Leo, *Ier.*25.38. Et fuit Tabernaculum ejus in Shalem, *Psal.*76.2. Primo loco scribitur cum Sin.

s Sc. cum Vau in fine & non He ut Psal. 10. 10. Psal. 27 5. *aliàs Mas. mag. contraria esset hæc nota quæ rectè observat hic tantum scribi cum Sin.*

Masora parva

Vaijachmos, *Et vim intulit* Non extat. Succo ter legitur *s* sic scriptum. Mognadho *locum indictum cultui suo* ter legitur defectivè scriptum. Veshabbath *& sabbata* bis semel ante qero micra *convocationem conventuum*, Es.1.13. vecohen *& sacerdotem* ter reperitur. Bis alibi; semel in initio versiculi, si emerit animam, *Lev.*22.11.

t Job 15.33.
u Jer.13.22.

Shel. Iar.

Vaijachmos in significatione excisionis usurpatur. Et sic, *t* excutiet Deus omphacem ejus ut vitis. *u* Nudabuntur soleæ tuæ.

x Sc. cum Sin a suc sepsit, non cum Samec a sacac texit, ut scribi solet.

Quasi horto] Sicut colligunt olera in horto homines.

Succo] Habitationi ejus. *x* Succo scribitur quia filios ejus irâ sua obsepsit in destructione domus ejus. Sic allegoricè exponitur in mystica expositione Lamentationum.

Perdidit locum indictum cultui suo] Domum sanctam sanctorum

sanctorum ubi conveniebat cum filiis suis, sicut dicitur. y Et conveniam tecum ibi. y Exod.25.21.

Regem & Sacerdotem] Zedechiam Regem & Serajam Sacerdotem maximum.

Ab. Ezra.

Vaijachmos] Nudavit. Nudabuntur soleæ tuæ. z Jer.13.22.

Succo] Dicitur *a* Succo & Succatho sicut cucco statuum ejus & cuccath. a *Gen.masc. & fem. usurpatur*

Mognadho] Quemadmodum, Qui veniant ad solemnitates, *Lam.*1.4.

Text. Heb.

7. Deseruit Dominus altare ejus, sprevit sanctuarium ejus, inclusit in manum inimici muros palatiorum ejus: sonum ediderein Domo Domini quasi die solemni.

Par. Chald.

Abjecit Dominus altare ejus, conculcavit Sanctuarium ejus, tradidit ipsi hosti capitali muros palatiorum ejus: sonum dederunt in domo Sanctuarii Domini, qualis est sonitus populi Israelitici qui orant in medio ejus in die paschatis.

Masora magna.

Zanac *deseruit* ter legitur. Loca autem denotantur in *Cap.*8. *Hos.* Mizbecho *altare ejus* ter legitur. Loca sunt, Vosne contendetis pro Baale &c. *Jud.*6.31. Contendat contra eum Baal, quia diruit, &c. *Jud.*6.32. Deseruit Dominus altare ejus, *Lam.*2.7.

Masora parva.

Zanac ter extat. Mizbecho tribus locis reperitur. Chomoth *muros* semel *a* sic scriptum legitur. Bebeth Jehova, *in domo Domini b* trigesiès novies legitur. Chejom *quasi die* undeciès reperitur.

a *Sc.cum Vau in prima syllaba non autem in secunda.*

b *Tl. in figuris Hebr. pro Lat, quia Lat est maledicere, tal autem vos qui in benedictione habetur.* Deut.33.13. *Claud. Masor. cap.*1.

Shel. Jar.

Deseruit] Cessare fecit, Et sic dicitur, Cessare fecisti fœdus servi tui, *Psal.*89.39.

Quasi die solemni] Quando læti canebant in medio ejus voce elatâ. Sic ediderunt hostes sonum lætitiæ in desolatione ejus.

Ab. Ezra.

Nier *sprevit*] Nun radicale est. Cessare fecisti fœdus servi tui,

tui, *Psal.*89.39. Quasi diceret, Reliquit aut mutavit.

Text. Heb.

8. Intendit Dominus perdere murum filiæ Sionis, extendit lineam, non revocavit manum ejus ab absorbendo: & lugere fecit præmunitionem & murum, pariter languebant.

Par. Chald.

Determinavit Jehovah perdere murum congregationis Sionis, perpendiculum ejus extendit, non retrocedere fecit manum ejus a vastanda ea: lugebat autem antemurale & murus, simul diruta fuerunt.

Masora magna.

Chel *Præmunitio* quinquies legitur defectivè scriptum in significatione *a* muri. Et loca sunt, Et aggerem cumulabant, 2 *Sam.*20.15. Et de Jezabele quoque locutus est Dominus dicendo, *&c.* Juxta murum Jezreelis, 1 *Reg.*21.23. Constituet muros & antemurale, *Es.*26.1. Et captivitas muri hujus. *Obad* 1.20. Et lugere fecit præmunitionem & murum, pariter languebant, *Lam.*2.8.

a Errat Masora nam in loco Obadiæ chel significat exercitum, non murum.

Masora parva.

Mibballeang *ab absorbendo*, non extat. Vaijabhel *& lugere fecit* non legitur alibi. Chel quinquies reperitur defectivè scriptum in hac significatione.

Shel. Iar.

Intendit Dominus perdere] Multis abhinc diebus postquam in mentem ejus ascendit ita agere, sicut dicitur, Quia in iram meam & furorem meum extitit urbs hæc ut removerem eam à coram facie mea, *Ier.*32.31.

Extendit lineam] Judicii sc. ut vindictam sumeret de peccatis nostris.

Ab absorbendo] *i.e.* à perdendo.

Præmunitionem & murum] Murum, & qui extra murum est, sc. murus humilis, qui stat ante murum altum.

Ab. Ezra.

Extendit lineam] Confusionis.

Shel] Quemadmodum & stetit in fossa, 2 *Sam.*20.15. Est autem locus qui murum cingit.

Text Heb.

9. In terram demerguntur portæ ejus, perdidit & confregit

git vestes ejus : Rex ejus cum principibus illius inter gentes est, lex non *reperitur* nec prophetæ ejus visionem a Domino recepere.

Par. Chald.

In terra submersæ sunt portæ ejus (*d* eo quòd sacrificaverunt porcum & de sanguine ejus super se apportaverunt) perdidit & fregit postes illius : rex ejus & magnates illius captivi abducti sunt inter Gentes, quia non custodiverunt verba legis, quasi non accepissent eam in monte Sinai, & quod ad Prophetas eorum attinet, spiritus sanctus prophetiæ ab illis cohibitus fuit, neque verbum prophetiæ illis a Domino communicatur.

Masora magna.

Lo matsu *non recepere* quatèr legitur. Et loca notantur in initio cap. 14. Jerem. Et Job cap. 32.

Masora parva.

Tabhgnu *demerguntur*. *e* Teth parvum de Alpheto literarum parvarum.

Shel. Jar.

In terram demerguntur portæ ejus] Expositio Allegorica est, Ideò quia portæ *f* impertiverunt gloriam arcæ, sicut dicitur, Attollite portæ capita vestra, Psal. 24, 7. idcirco non præest iis creatura & in terram demersæ sunt. Et Rabbini nostri dicunt quod opus manuum Davidis fuerunt, idcirco non sunt dominati in eas inimici.

Non reperitur lex] Non est ex iis qui sensum legis doceat.

Ab. Ezra.

Perdidit & confregit] Cohæret cum voce *Deus* qui versu priore memoratur.

Text. Heb.

10 Humi sedent & flent Seniores filiæ Sionis, pulverem in caput suum ascendere fecerunt, ciliciis cinguntur : in terram demiserunt capita sua filiæ Hierosolymarum.

Par. Chald.

In terram sedentes silentes Seniores congregationis Sionis, pulverem aductionis elevarunt in capita eorum, ciliciis accincti sunt super carnem eorum : descendere fecerunt in pulverem terræ capita earum virgines Hierosolymitanæ.

F *Masora.*

d Parenthesis ista non est in Bib. Reg. Joan. Quinquarboreus sic legit, propterea immolarunt porcum, & effuderunt e sanguine illius super eos : et intelligit de hostibus qui in derisionem Judæorum porcos sacrificabant et Judæos edere fecerunt et fortè sanguine porcorum eos aspergebant.

e Ad indicandum parum superesse de portis quod emineat. i. Exiguam spem restitutionis in integrum Comment. Masor. cap. 15.

f Ut e Psal. citato patet collato cum 1 Chron. 15. 1. Quia portæ recepere arcam, idcò in hostium potestatem non venere.

Masora parva.

Jesabbin *sedent* 7 vigesies legitur & quater in hac significatione. Rosham *capita sua* non extat alibi.

Shel Jam.

Humi sedebunt &c.] Juxta sensum literalem. At expositor Allegoricus ait, Nebuchadnezzar sedere fecit eos in terra, quando Zedechia rebellavit in eum, & juramentum ejus contra illius fuisset, & in Daphne juxta Antiochiam sedisset, & misisset qui Synedrium adduxerunt, qui cum venissent in conclave ejus, videbant eos dormire: Senatores autem eos sedere fecit, & dixit iis, Ordinate declarate coram me legem vestram juxta sectiones ejus, & interpretationem ejus mihi communicate. Cum ad sectionem de votis venissent dixit illis, Si quis recedere a voto velit, potestne recedere? Dixerunt ei, Sapientem aliquem adeat, qui eum absolvat. Si ita sit, inquit ille, vos absolvitis Zedechiam a juramento ejus: Praecipiente rege dejecerunt eos è sedibus, & humi sedere fecit eos rex, & ligaverunt capillos capitis eorum caudis equorum, eosque dilacerarunt.

Ab. Ezra.

Caput suum] Capillum capitis sui: aut, juxta sensum literalem.

Targ. Hier.

20. Prae lachrymis deficiunt oculi mei, viscera mea turbida sunt, humi effunditur jecur meum ob fracturam filiae populi mei: quia obruitur parvulus & lactens in plateis civitatis.

Targ. Chald.

Inclusi mendo consumpti sunt oculi mei, convoluta sunt viscera mea, effusum est in terram jecur meum, ob fracturam congregationis populi mei: quando siti perjerunt adolescentes & infantes impiae in urbibus.

Masora magna.

Baddemagnoth *prae lachrymis* non extat. Deficiunt oculi mei Baddemagnoth hoc loco, Et semel legitur Bidhmagnoth sc. *Psalm.* 39. Sunt autem haec duo unum ex undecim paribus, quorum unum acutum est, alterum penacutum. Cum Beth in initio eorum. Loca autem describuntur

y *Masoritae quandoque utuntur Caph finali pro* 20. *vid. Mas. finalem in Bibl. Bomb. fol.* 66. 2 *Octavus vocatur Bethus Tetraptota* 4. *Ejus vocis Antiochia apud Daphnen, Seleucia in Pieria, Apamea et Laodicea, quae propter quotidianum sordes discedunt. Strab. Geogr. lib.* 16. *pag.* 516. *Et postea Distat Daphne ab urbe* 40. *mediocris viae tantum, ingens, cujus ambitus est ibid.* 80. *Sic Plin. Inter ipsa Antiochia libera Epidaphnis cognominata Orontes amne dirimitur. Nat. Hist. lib.* 5. *cap.* 21. *Patet autem apud Plin. scribendum esse Epidaphne. Daphne a Strabone cujus verba sunt,* Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ.

tur in Masora magna in ordine Alphabetico sub litera Beth in g fine libri.

Masora parva.

Baddemagnoth non legitur alibi. Chebhedhi non extat, *jecur meum.* Begnateph *quia obrutus est* non legitur.

Shel. Iar.

Turbida sunt] Ragarzilirat in lingua *h* idololatriea : morem viscerum exprimit, quando in lucem ea produçit homo, ipsa constringuntur & æstuant.

Quia obrutus est] Palmer Gallicè.

Ab. Ezra.

Turbida sunt] Sicut i prius.

Begnateph] Cum defectu He è conjugatione Niphal sicut *l* Behareg hereg cum cædes facta erit.

Text Heb.

12. Matribus suis dixerunt, ubi panis & vinum ? dum obruuntur ut confossus in plateis civitatis, cum effunditur anima eorum in sinu matrum suarum.

Par. Chald.

Dicentes matribus suis juvenes Israelis, ubi frumentum & vinum ? quando sitientes periere sicut gladio occisus, præ ariditate in plateis urbis, quando effusa est anima eorum præ fame in medium sinus matrum suarum.

Masora parva.

Leimmotham *matribus suis* non legitur. At semèl legitur Leummotham juxta nationes eorum. Gen. 25. 16. Vajajin *& vinum* septies reperitur. Behithgnatepham *dum obruuntur* non extat. Chechalal *ut confossus* non legitur alibi. Behishtappac *cum effunditur* non reperitur. Junnotham *matrum suarum* non extat.

Ab. Ezra.

Shin in Behishtappec ante Thau ponitur in Hithpael, quemadmodum *m* Vejishtammer. Et observatur.

Text. Heb.

13. Quid in testimonium tibi equabo ? Quid tibi comparabo filia Hierosolymitana ? Quid equabo tibi ut te soler virgo filiæ Sionis ? quia magna est sicut mare fractura tua : quis sanare potest ?

g *Quid significet Heb, abbreviatura B § D. vide in nota in Mas. mag. V. 4. hujus cap. Nil habet Buxt. nec Munst. nec Phil. Aquinas, nisi Auxilio Dei: quod huic loco non quadrat. Idem enim est ac si quis diceret, Quid sit Fides reperies in Thomasii dictionario Auxilio Dei. Vel Describem 9. auxilia Dei.*

h *i. e. Gallica. vid. not. in Shel. Iar. cap. 1. v. 8. i.e. St. cap. 1. v. 20.*

l *Ezech. 26, 15.*

m *Mic. 6. 16.*

Par. Chald.

n *Bibl. Regia. Eſhadh conteſtabor, quod Heb. textui reſpondet.*

Qua re n ſuſtentabo te? quid aſſimilabo tibi congregatio Hieroſolymitana? quid conjungam tibi? Qua re conſolabor te virgo congregationis Sionis? quia magna eſt fractio tua juxta magnitudinem fractionis fluctuum maris magni in tempore tempeſtatis ejus: & quis eſt ille medicus, qui te ſanare poterit ab infirmitatibus tuis?

Maſora magna.

Habbath *filia* quatèr legitur cum Pathah; Et loca ſunt, Et filiam omnem vivam conſervabitis. *Exod.* 1.22 Quamdiu diſcurſitabis &c, *Ier.* 31.22. valle tua fluente filia. *Ier.* 49.4. Quid in teſtimonium tibi vocabo? Quid tibi conferam filia Hieroſolymitana? *Lam.* 2.13.

Maſora parva.

Agnidhec *in teſtimonium tibi vocabo* non legitur niſi hoc loco. Adhammeh *conferam* bis reperitur. Habbah quatèr legitur ſcriptum cum Pathah. Vaanachemec *ut te ſoler* non extat. Caijam *ſicut mare* quatèr extat. Jirpa *ſanare poteſt* tèr.

Shel. Jar.

Quid in teſtimonium tibi vocabo? quid tibi conferam] Dicendo tibi, Quid miraris plagam tuam? Annon etiam Genti tali melefeci quantum tibi?

Quid æquabo tibi ut te ſoler] Cum adverſa hominem apprehendant, dici ſolet ei, Etiam in illum ſic evenit. Conſolatio homini hæc eſt.

Ab. Ezra.

Agnighec à radice Gnedhuth teſtimonium.

Text. Heb.

14. Vanum & inſulſum quid prophetæ tui tibi præviderunt, neque revelarunt *ea quæ* ad iniquitatem tuam *pertinent*, ut averterent captivitatem tuam: ſed proſpexerunt tibi onera falſa & depulſatoria.

Par. Chald.

Prophetæ falſi tui qui tecum fuere, ipſi prophetati ſunt tibi mendacium, neque eſt ſoliditas in prophetia eorum, neque publicabant vindictam, quæ in te ventura erat propter debita tua, ut reducerent te per reſipiſcentiam: ſed prophetati tibi ſunt prophetiam irritam & verba erroris:

Maſora.

Masora parva.

Shebhithec *captivitatem tuam* lege Shebhuthec. Vaijechezu *sed prospexerunt* bis legitur. Masoth *onera* quater extat, bis plenè scriptum in hac significatione. Vmadduchim & *depulsatoria* Apud Occidentales deest Jod.

Shel, Ser.

Vanum & insulsum quid] Verba sapore carentia & in lingua *o* idololatrarum Effeminat. o *i.e. Vasconum. vid. not. in c. 1. v. 8.*

Neque revelarunt ea qua ad iniquitatem tuam pertinent] Ad increpandam viam tuam coram facie tua.

Vt averterent captivitatem tuam] Ad corrigendam aversionem tuam. In significatione *p* Shobhebhah, *aversa q* Shobhebhim, *aversi*. *r* Et ivit aversus. p Jer. 31. 22. q Jer. 3. 14. r Es. 57. 17.

Et depulsatoria] Expellebant te a facie mea.

Ab. Ezra.

Vethaphel & *insulsum quid* idem est cum Shau *vanum*. Et sic *s* Num comedet quis insulsum, (ubi significat id quod saporem non habet: juxta primariam verbi signif.) Et sic *t* Et non tribuit insulsi quid Deo. s Job 6. 6. t Job 1. 22.

Onera] *i.e.* Prophetias. Et sic dicitur, *u* Onus Damasci. u Es. 17. 1.

Et depulsatoria] Quæ depellebant: *d* juxta primariam verbi signif. d *i.e. Non sumitur metaphorice. Sic hæc phrasis usurpatur in vethaphèl ab hoc authore.*

Text. Heb.

15. Omnes qui viâ illa transeunt contra te manibus plaudunt, sibilant, & capita sua movent contra filiam Hierosolymitanam. Num hæc civitas illa quam vocant perfectionem pulchritudinis, lætitiam totius terræ?

Par. Chald.

Omnes hâc prætereuntes plaudunt in te manibus suis, sibilárunt labiis suis, & capita sua movebant in congregationem Hierosolymitanam: Dixerunt ore suo, num hæc est illa civitas, de qua dicere solebant patres nostri qui olim vixere, quòd perfectâ esset formâ & elegantiâ, gaudium habitatoribus totius terræ?

Masora magna.

Vaijanignu *& movent* ter legitur defectivè scriptum in hac significatione. Et loca sunt, Et errare fecit eos in deserto, Num. 32. 13. Et errare faciam inter omnes gentes domum

Israelis. In Am. c.9.v.9. Sibilant, & capita sua movent, Lam.2.15.

Masora parva.

Vaijanignu ter extat defectivè scriptum in hac significatione. Rosham *caput suum* duodeciès legitur. Hazoth *num hæc* quinquiès legitur x leve. Masos *lætitiam* quartèr repetitur.

x i. *Cum Hateph pathah sub He & sine Daggesh in Zajim.*

Shel. Iar.

Sibilum] Sufflationem quandam oralem intendit quæ in lingua y idololatrica voce Siffler exprimitur. Solent autem homines ita agere cum rem aliquam magnæ æstimationis desolatam & consumptam vident.

y *Vid. not. in v. præcedentem.*

Perfectionem pulchritudinis] Omnis pulchritudo in ea fuit.

Ab. Ezra.

Chelilah *perfectionem* pulchritudinis, a radice cal complexus est.

Text. Heb.

16. z Aperuerunt contra te os eorum omnes inimici tui, sibilant & dentibus frendent dicentes, Absorbuimus *eum*: Certè hunc ipsum diem quem seriò expectavimus, invenimus, vidimus.

z *In hoc cap. & 3. & 4. Phe est ante Gnajin contra ordinem Alphab. quod non observavit Castell. nec. Trem. Rationem Rabbinicam vid. in Shel. Iar. in text.*

Par. Chald.

Omnes hostes tui capitales aperuere os suum contra te, sibilarunt labiis suis, & dentibus suis frendebant & dixerunt, vastavimus: profectò hunc diem quem expectavimus, invenimus, vidimus.

Masora parva.

Vaijacareu *Et frendent* non extat alibi. Shecchiuvinuhu *quem seriò expectavimus* non legitur a ita scriptum.

a *Sc. cum Qibbuts.*

Shel. Iar.

Paisu aperuerunt *contra te os eorum*] Quare præponit literam Phe literæ Gnajin? Quia ore eorum locuti sunt quæ oculis eorum non viderant.

Ab. Ezra.

Paisu] Aperuerunt, Sicut, b aperit os suum.

b Job 35.16.

Text. Heb.

17. Fecit Dominus quod excogitavit, perfecit verbum suum

um quod mandavit a diebus priſtinis, diruit ita ut non peperceret; & in te lætari inimicum fecit, & cornu hoſtium tuorum extulit.

Par. Chald.

Operatus eſt Dominus illud quod cogitavit, abſolvit verbum oris ejus quod præcepit Moſi prophetæ a diebus antiquis, quod ſi non obſervarent filii Iſraelis præcepta Domini, futurum eſſe ut ſe in illos ulciſceretur, diruit & non pepercit; & gaudere ſuper te fecit hoſtem capitalem, & exaltavit gloriam adverſariorum tuorum.

Maſora magna.

Gnalah *fecit* bis initio verſiculi legitur. Et loca ſunt, Fecit lunam in tempora ſtatuta, Pſal. 104. 19. Fecit Dominus quod excogitavit, perfecit verbum ſuum, Lam. 2. 17.

Maſora parva.

Gnalah bis extat in initio verſus. Zamam *excogitavit* bis extat cum *c* Chamets. Emratho *verbum ſuum* non extat cum Segol. Vaiſammach *& lætari fecit* non legitur niſi hoc loco. c *St. in ultima.*

Shel. Lev.

Perfecit verbum ſuum] Implevit decretum ſuum, Quemadmodum; dut emitteret manum ſuam, & me ad finem d Job 6. 9. perduceret.

Quod mandavit a diebus priſtinis] Quod ſcriptum eſt in lege. e Tunc addam ut punism vos ſepties. e Lev. 26. 18.

Ab. Ezra.

Perfecit] Abſoluit, Sicut f Et manus ejus abſolvent. f Zech. 4. 9.

Text. Heb.

18. Clamavit cor eorum ad Dominum: O mure Sionis deſcendere fac quaſi flumen lachrymas noſte dieque, requiem tibi noli permittere, neque ceſſet pupilla oculi tui.

Par. Chald.

Clamavit cor eorum coram Domino, ut eorum miſererentur: mure glorioſe Sionis fluere fac lachrymas ut fluvium die & nocte, nullato conſolationes doloribus tuis, ut ceſſare faciat orationem tuam, neque cohibeas oculum tuum a lachrymando.

Maſora parva.

Tſagnac *clamavit* bis legitur. Adhonai *Dominus* quaterdeciès-

deciès in hoc libro reperitur. Cannachal *quaſi fluvium* non extat alibi. Pugath *requiem* non legitur. Bath gnenec *pupilla oculi* tui non reperitur.

Shel. Par.

Requiem] locutio metaphorica, Treſalminat Gall. Sicut
g Gen. 45. 26. g Et deficit animus ejus.

Pupillam oculi tui] Nigredinem oculi. Prunelles vocant Gall.

Ab. Ezra.

Pugath] Intermiſſionem. Eſt in regimine, & ſenſus eſt, in-
h Gen. 45. 26. termiſſionem oculi, ex eadem radice cum, *h* Et defecit animus ejus.

Text Heb.

19. Surge, exclama nocte, in principio vigiliarum effunde quaſi aquam cor tuum coram facie Domini: attolle ad illum manus tuas propter vitam parvulorum tuorum deficientium fame in capite omnium platearum.

Par. Chald.

Surge ô congregatio Iſraelis quæ habitas in captivitate, *i* ſtudiis Talmudicis occupata ſis noctu, nam præſentia Domini majeſtatica coram te habitat, & in verbis legis ejus ſummo manè: effundet ut aquam perverſitatem cordis tui & redito per reſipiſcentiam & in domo congregationis orato e regione vultus divini: elevato ad eum in orando manus tuas propter animas adoleſcentum tuorum, qui fame pereunt in culmine omnium platearum.

i *Bibl. Reg. da operam lectioni. Non ſatis appoſitè Nam oppo-nitur ſtudium Talmud. legis ſtudio.*

Maſora magna.

Ballailah *nocte* ſcribitur ſine He in fine, Surge exclama Ballaila, ſed legitur cum He Ballailah. Eſt autem unum è viginti novem verbis, quæ amittunt He in fine eorum, & cum He leguntur tamen. Loca autem deſcribuntur in Maſora
l *Vid not in v.* magna in ſerie literæ He *l* in fine libri. *4. hujus cap.*

Maſora parva.

Ballaila lege Ballailah. Leroſh *in principio* vigeſiès quatèr legitur. Adhonai *Dominus* quater deciès in hoc libro extat. Sci *attolle* octiès dicitur. Gnolalajic parvulorum tuorum bis
m *Sine Vau.* legitur, ſemèl *m* defectivè. Hagnatuphim *deficientium* bis extat, ſemel defectivè. Beragnabh *fame* quatèr legitur. Be-

roſh

rosh *in capite* trigeciès quinquiès extat.

Shel. Jar.

Vigiliarum] Vigiliæ sunt duæ partes noctis, nam nox in tres patres sicut dividitur, dixerunt Doctores nostri in Tractatu de Benedictionibus.

Deficientium] Espasmes in lingua *n* idololatrica.

Ab. Ezra.

Exclama] Elevatio vocis in canendo aut lugendo. Et sic *o* Et transivit clamor. sc. præconis.

Text. Heb.

20. Intuere Domine & aspice cui ita feceris: num comederent fœminæ fructum eorum parvulos palmares? num interficeretur in Sanctuario Domini sacerdos cum propheta?

Par. Chald.

Vide Domine & è cælis contemplare in quem sic occasionem quæsivisti: Num decens est filias Israelis comedere fructus ventris suæ Parvulos desiderabiles qui involuti fuere fasciis sericeis? Respondit mensura judicii, & sic dixit, Nunquid decens est occidere in Sanctuario Domini sacerdotem & prophetam, quemadmodum occidistis Zechariam filium *q* Iddo Sacerdotis Maximi & prophetam fidelem in domo Sanctuarii Domini in die propitiationum, quia reprehendit *r* eos ut non faceretis quod malum est in oculis Domini?

Masora magna.

Gnolle *parvulos* sexiès legitur *s* defectivè scriptum in hac locutione. Et loca sunt, Et racemaverunt ex illis in viis tritis. *Jud* 20.45. Infantem & lactentem, bovem & ovem 1 *Sam.* 15.3. Beatus qui accipiet & dissipabit parvulos tuos. *Psal.* 137.9. Sicut infantes qui lucem non videre, *Iob* 3. 16. Et contaminavi in pulvere cornu meum. *Iob* 16. 15. Parvulos palmares. *Lam.* 2.20.

Masor va.

Gnolalta *feceris* bis legitur idque in hoc libro. Im si octodecim versiculi sunt in quibus Im reperitur, Si, Si. Gnolle sexies legitur defectivè scriptum in hac locutione. Venabhi *& propheta* septiès extat.

Shel. Jar.

Parvulos palmares] pueros teneros qui adhuc crescebant sub

n *Vid. not. in cap. 1. v. 8.*

o i.e. Reg. 2. 36 *Lapsus memoriæ hic est Rabbinis frequens. Est enim Vatijagnabbor in text. citat. non vattagnabbor quamvis sit genus pro genere.*

p *Im num. hebr. est In Chald. dicitur. Chaze visum est* i.e. *decens.*

q *Bib. Reg. legunt Addo. Non rectè. Lapsus memoriæ in Paraphraste: Iddo pro Jehoiadæ.* Chron. 24. 20. *Zecharia enim filius Iddo post captivit. vixit. Lamentationes autem scriptæ sunt in initio captivitatis. Shel. Jar. vocat eum filium Jehoiadæ.*

r *Bib. Reg jathconvos, rectiùs s. sine Vau.*

s *Si comperit illum multum crevisse dedit multum auri: si parum, parum.*

sub palmis matrum suarum. Et Doctores nostri mystice hoc exponunt de Doeg filio Joseph, quia mater ejus palmis eum mensa est quotidie, ut daret aurum domui Sanctuarii prout credebat, & in fine eum comedit.

Num interficeretur in Sanctuario Domini Sacerdos cum Propheta] : Spiritus sanctus respondet iis, Etiam quia pulchrum vobis visum est, quod interfeciſtis Zechariam filium Jehoiadæ sicut scribitur in libro Chronicorum, qui reprehendit illos quando venerunt ad incurvandum se coram Joasa, ut facerent eum idololatram. Et spiritus induit Zechariam filium Jehoiadæ qui sacerdos fuit & propheta, at ille eum in atrio templi interfecere.

: Hic Spiritus sanctus dicitur, qui apud Paraphr. Chaldaicum mensura judicii appellatur.

Ab. Ezra.

Tippuchim] Palmares a radice Tephac *palma* juxta morem mulierum cum liberis suis parvulis quando dormiant.

Text. Heb.

21. Humi cumbit in plateis juvenes cum sene, virgines meæ & adolescentes mei gladio ceciderunt : interfeciſti in die iræ tuæ, mactaſti & non pepercisti.

Par. Chald.

Super terram platearum jacuere juvenes & senes, qui solebant super pulvinos sericeos cubare, & super spondas eburneas, virgines meæ & pueri mei cecidere gladio occisi : occidiſti in die iræ tuæ, jugulaſti & non pepercisti.

Masora parva.

Lo thamalta *non pepercisti* bis legitur, idque in hoc libro.

Ab. Ezra.

Cumbit] Sensus est, sicut, a Et jacebo cum patribus meis.

a Gen. 47. 30.

Text. Heb.

22 Convocaſti quasi in die solemni terrores meos undiquaq; neq; fuit in die iræ Domini liberatus quis aut residuus : quos fasciis ligavi, & quos educavi inimicus meus consumpsit.

Par. Chald.

Proclamabis libertatem populo tuo domui Israelis per Messiam, sicut feciſti per Mosen & Aharonem in die Paschatis, & congregabuntur juvenes mei circumquaque ex omnibus locis in quæ dispersi fuerint in die iræ tuæ fortis Domine, & non fuit ex iis relictus aut residuus : quos syndonibus involvi, & quos educavi in deliciis regalibus hostes mei capitales eos vastavere.

Masora

Masora parva.

Cheiom *quasi in die* undecies legitur. Velo & *non* vigesies quinquies extat. x Phalit *liberatus* bis reperitur. Tipacti fasciis ligavi non extat. Veribbithi & *educavi* non legitur. Oibbi inimicus meus septies extat. Chillam *consumpsit eos* non reperitur.

x *Phalit vesaridh liberatus aut residuus bis legitur. Bib. Venet. Edit. 2.*

Shel. Jar.

Convocabis quasi in die solemni] Quasi diceret convocasti: aut tempus præsens indicari potest.

Terrores meos] Vicinos malos ut congregarentur contra me ad perdendum.

Quos fasciis ligavi & quos educavi inimicus meus consumpsit] Liberos quos fasciis involvi, quósque educavi, venit hostis & eos devoravit.

Ab. Ezra.

Terrores meos] Ex eadem radice, ſ Timete vobis propter gladium. At sunt qui dicant, quòd sensus sit, Homines terroris mei.

ſ Job 19. 29.

Expositio sensum versuum exprimens.

1. *Quomodo ad nubes evexit*] Non evexit filiam Sionis Deus, nisi ut in ira ejus ejiceret eam è loco alto.

2. Et dejecit fortalitia ejus, & regem ejus profanavit, quando in turri & palatio habitavere.

3. Excidit omne cornu Israelis *i. e.* duo regna.

4. Non sufficit quòd non pugnaverit contra hostes nostros; sed retroduxit dextram suam, quasi vim nullam haberet, nisi & reversus esset in nos quasi hostis. Et sensus, *In Tabernaculo*, est, Si cadat ignis in illud, omnia illicò consumit.

5. Absorpsit Israelem in captivitate Samariæ, & fuit Jehuda in suspiriis post captivitatem tribuum.

6. Et posteà nudavit Tabernaculum ejus quod fuit locus Oraculi. Et sensus est, sicut hortus quem spoliarunt homines. Et ratio cur addit Regem & Sacerdotem hæc est; & Rex ut lex observetur, potestate sua efficere debet, & utrisque eorum commissa est lex.

y *Potius cum Sione in v. præced. nam. Micdash sanctuarium est masc. Ha ejus fœm. Erant & palatia in urbe, non in Sanctuario.*

7. Murus palatiorum ejus cohæret cum y *Sanctuario*. Et

vocem edidere hoſtes in domo Jehovæ præ multitudine lætitiæ ſuæ, ſicut facere ſolebant Iſraelitæ in conventibus eorum ſolemnibus.

8. Capta fuit domus Dei, quia ceecidit murus urbis, & diffiſus fuit.

9. Quando obrutæ fuere portæ ejus, in captivitatem ivit rex & deſtitutus fuit Talmudo & lege, & quod ad prophetas attinet, ceſſavit prophetia eorum ab illis in z terra peregrina.

z *Falſum. Annon Ezechiel & Daniel prophetati ſunt in Chaldæa?*

10. Propterea quòd altitudo Sionis ceciderat, ſuper pulverem ſedebant Seniores in captivitate, nec in thalamis conjugalibus virgines lætabantur.

11. Et Seniorum unuſquiſque dixit, conſumuntur lachrymis oculi mei, quando recordatus eſt dies famis in Sione.

12. Mater eos lactabat, ideoque matres memorat, patrum autem non meminit.

13. Qui teſtes erunt me illis hoc modo malefeciſſe? Nam ſi confractio ampla ſit ſicut mare, non reperietur qui faſciis eos ligaverit.

14. Hæc omnia tibi evenere ob prophetas tuas, non ob prophetas Dei.

15. Sunt qui tui cauſâ ſuſpirent, quia vaſtata es: & ſunt qui caput moveant & ſubſannent.

16. Os dilatarunt inimici omnes.

17. Quia Deus implevit quod prædixit per prophetas ſuos, prophetas ſc. priores.

18. Hoſtium tuorum cor clamat. Et ſenſus eſt, quòd clamores edidere quaſi in conſpectu Dei, & ipſi dixerunt ad murum filiæ Sionis, quòd fleret.

19. Et lugeret propter infantes ſuos & fame mortuos, & a ſic diceret.

a *Sc. quod ſequitur in v. prox. Intuere Domine, &c.*

20. Quòd uxores edebant filios ſuos, & prophetæ & ſacerdotes in loco ſancto occiſi ſunt. At qui de Zecharia interpretatur, per viam expoſitionis loquitur.

21. Mortui ſunt pueri & ſenes, virgines & juvenes.

22. Quaſi convocaſſes omnia quæ metuebam, & circa me congregaſſes, etiam quos faſciis ligavi (hi parvi ſunt) & quos educavi (hi magni ſunt) quemadmodum, b Et magnates Regis, omnes eos potuit hoſtis unus conſumere.

b *Jer. 41. 1.*

Caput

a Caput Tertium.

a *Observandum est in toto hoc cap. non esse Athnam in med. v. sunt enim versiculi breves.*

Text. Hebr.

1. EGo vir sum qui vidit afflictionem per virgam furoris ejus.

Par. Chald.

Ego vir sum qui vidit afflictionem per virgam illius qui dominatur in furore ejus.

Masora magna.

Beshebbet per virgam sexiès legitur *b* lene in lectione. Et loca sunt, Et è Zebulone tractantes calamum scriptorium. Judic. 5. 14. Etiam virgâ hominum eum castigabo, 2 Sam. 7. 14. Et percutiet terram virgâ oris ejus, Es. 11. 4. Confringes eos virgâ ferrea, Psal. 2. 9. Tum transgressionem eorum virgâ visitabo, Psal. 89. 32. Ego vir sum qui vidi afflictionem per virgam furoris ejus, Lam. 3. 1.

b *i. Cum Sheva sub Beth & sine Daggesh in Shin.*

Masora parva.

Beshebbet sexiès legitur.

Shel. Iar.

Ego vir sum qui vidit afflictionem] Sic lamentatus est Jeremiah dicens, Ego vir sum qui vidit afflictionem, sc. qui vidit afflictionem præ omnibus prophetis qui de destructione domus *Dei* prophetabant, quia non in diebus illorum, sed in meis vastata est domus illa.

Per virgam furoris ejus] Sc. dominantis & percutientis. Ille est Sanctus benedictus Deus.

Ab. Ezra.

Ego vir sum] Dixerunt majores nostri beatæ memoriæ, quod volumen hoc Jeremiah scripserit. Quod si verum sit, ille est qui dicit, Ego vir sum. Aut hoc dicit unusquisque Israelitarum.

Gnoni afflictionem] Est in regimine, & deest locus captivitatis aut exilii.

Ezeck. 9.8.

Raah *vidit* pro Raithi vidi, sicut, *c* Et relictus fuit ego.

Per furorem ejus] Cohæret cum, Inimicus meus consumpsit eos. At sunt qui dicant, quod cohæreat cum, Iræ Domini. Hoc tamen sententiâ mea rectum non est. Hic autem lamentator dicit, quod hostis per virgam furoris ejus illum afflixerit.

Text. Heb.

2. Duxit me & ire fecit in tenebris, non autem in luce.

Par. Chald.

Me adduxit & apportavit in tenebras, & non in lucem.

Masora parva.

Othi *me* vigesiès septies legitur plenè scriptum. Vaijolac *& ire fecit* non extat *d* defectivè scriptum.

d Sine Vau.

Ab. Ezra.

Et duxit me è loco meo in locum tenebrarum.

Text. Heb.

3. Certè in me reversus est, manum ejus in me toto die convertit.

Par. Chald.

Vtique in me conversus est, plagam ejus in me quotidiè revolvit.

Masora parva.

Fashubh *reversus est* ter legitur defectivè scriptum.

Shel. Iar.

Certè in me reversus est] Ego solus vapulo semper, quia omnes conversiones plagarum ejus in me cadunt.

Ab. Ezra.

Qui interpretatur furoris ejus. *i.e.* Dei; interpretatur, convertit manum ejus, plagam ejus; quemadmodum, *e* Ecce manus Domini erit super pecora tua. Plaga enim manu fit.

e Exod. 9.3.

Text. Heb.

4. Carnem meam & cutem meam detrivit, ossa mea diffregit.

Par. Chald.

Caro mea plagis senuit, & pellis mea, percussione fregit ossa mea.

Masora

Masora parva.

Bilah *detrivit* non legitur alibi.

f Ab. Ezra.

Caro & pellis quæ sensum habent detrita sunt, ossa autem quæ sensum non habent fracta sunt.

Text. Heb.

5. Ædificavit circa me, felle quoque & molestiâ *me* circundedit.

Par. Chald.

Arces circa me ædificavit, & urbem circundedit, & primarios è populo eradicavit, eosque deficere fecit.

Masora parva.

Vaijaccaph *& circundedit* non extat nisi hoc loco.

Shel. Par.

g Felle & molestia] Sicut, *h* fel & absinthium. Et juxta interpretionem allegoricum, fel hoc fuit Nebuchadnezzar in captivitate Jehojachin, & molestia Nebuzaradan qui plagam complevit in diebus Zedechiæ & me fatigavit.

Ab. Ezra.

Et circundedit caput angustia & fatigatione. Aut erit sicut, *i* Et populus meus suspensi sunt. Et erit Rosh caput fœmmini generis, & *l* He quiescens, sicut He in *m* usgunah, & crinis ejus in colorem album non mutetur.

Text. Heb.

6. In locis tenebricosis sedere fecit me, ut mortuos in æternum.

Par. Chald.

In domo castigationum tenebricosa habitare fecit me, sicut mortui, qui in mundum alterum abiere.

Masora magna.

Bemachashacchim *in locis tenebricosis* tèr legitur, & loca notantur in Psal. 88.

Masora parva.

Bemachashacchim ter extat. Hoshibhati *sedere fecit me* bis legitur. Chemethe *ut mortuos* non reperitur alibi.

Ab. Ezra.

In locis tenebricosis, ubi tenebræ in medio tenebrarum fuere.

Text.

f *Additur in Bib. Ven. Parv. hæc nota Shel. Jar. Carnem meam detrivit Sicut, Trunco arboris.* Es. 44. 19.

g *Bib. ven. parv. præponunt, Et circundedit circundedit me.*

h Deut. 29. 18.

i Hos. 11. 7.

l *Intelligit legi debere, Et suspendit id, omisso puncto in He.*

m Levit. 13. 4.

Text. Heb.

7. Circa me sepsit, ita ut non possim exire, gravem fecit catenam meam.

Par. Chald.

Pone me occlusit ita ut non potero exire è claustro, compedes æneas graves pedibus meis imposuit.

Masora magna.

Gadhar *sepsit* ter legitur. Et loca sunt, viam meam sepsit ita ut transire nequeam, Job 19.8. Circa me sepsit ita ut non possim exire, Lam.3.7. Lapidibus cæsis viam meam inclusit, Lam.3.9.

Masora parva.

Gadhar tèr extat. Velo etsi *ita ut non possim exire* bis reperitur, Necosthti *catenam meam* non extat.

Shel. Jar.

Circa me sepsit] Murum fecit coram me ut conclusus essem.

Ita ut non possim exire] Circa me castra & exercitus insidiantium collocavit.

Gravem fecit catenam meam] Fecit pedibus meis compedes graves ita ut vadere nequeam. Ferres in lingua *n* idololatrica.

n Vid. not. in cap.1.v.8.

Ab. Ezra.

Catenam meam] Compedes meas.

Text. Heb.

8. Etiam quando clamo & vociferor, precationem meam excludit.

Par. Chald.

Etiam cùm clamen atque orem, concluſa est domus orationis mihi.

Masora parva.

Satham *excludit* bis extat, semèl autem scribitur cum Samec.

Shel. Jar.

Precationem meam excludit] Fenestras firmamenti contra eam clausit.

Ab. Ezra.

o Hos.8.4: Hesitu cum Sin pro Samech.

Satham cum Sin pro Samec. & sic, *o* Removerunt, at non per me.

Text. Heb.

9. Lapidibus cæsis vias meas inclusit, semitas meas avertit.

Par.

Par. Chald.

Clauſit vias meas lapidibus marmoreis inciſis, ſemitas meas pervertit.

Maſora parva.

Gadhar *incluſit*, tèr reperitur. Gniuvah *avertit*; non eſt alibi.

Shel. Iar.

Semitas meas avertit] Si veni ut exirem, non exivi in viis aggeſtis in via recta propter hoſtes, exivi autem in via tortuoſa.

Ab. Ezra.

Per ſemitas intelligit vias notas.

Text. Heb.

10. Vrſus inſidians mihi fuit, leo in latibulis.

p *i. cum ſheva ſub ſe, & ſine Daggeſh in Mem.*

Par. Chald.

Vrſus inſidians mihi fuit, leo qui abſconditur in ſemita.

Maſora parva.

Arih *leo* lege Ari. Beniſtarim *in latibulis* tèr*p* lene legitur.

Shel. Iar.

Vrſus inſidians mihi fuit] Sanctus benedictus Deus converſus eſt in leonem mihi inſidiantem.

q *In Bib. Buxt. deeſt Daleth ſignum diſtinctionis verſiculi.*

Ab. Ezra.

q Sunt qui dicant morem urſi eſſe leonem clamando vocare, quamuis longè abſit.

Text. Heb.

11. Vias meas divertit, meque diſcerpſit, & deſolatum fecit.

Par. Chald.

Viam meam pervertit, & me fidit, in deſolationem me adegit.

Maſora parva.

Vajphaſhſhæchem *meque diſcerpſit* non extat alibi.

Shel. Iar.

Vias meas divertit] uſurpatur ſorer in ſignificatione ſirim *ſpinarum*. Conſtrinxit vias meas ſpinas in eis diſpergens.

Et diſcerpſit me] ſignificat diductionem pedum, quia qui tranſit per vias non purgatas, opus eſt vt geſſus ejus dilatet.

r Gemara in Bibl. Ven. parv. Eſt autem ea pars 2 a Talm. Babil.

Et ſimile eſt in lingua r Talmudica. Is qui diſcerpſit palmam.

Ab. Ezra.

Sunt qui dicunt Sorer eſſe a radice Sirim *ſpinæ*. & ſic dicitur ſ Ecce ego ſepnies viam tuam ſpinis. Sed quod rectum eſt in oculis meis, verbum tranſitivum eſt, ex eadem radice cum t Sicut juvenca avertens.

ſ Hoſ. 2. 6.
t Hoſ. 4. 16.

c

Text. Heb.

12. Arcum ſuum tetendit, meque vt ſcopum ſagittæ inſtituit.

Par. Chald.

Extendit arcum ſuum, & ſtare fecit me quaſi ſcopum ſagittæ.

Maſora Parva.

u vid not. in cap. 1. v. 8. Suffi ciat ſemel notare multa horum verborum obſoleta eſſe, nec Gallis ipſis jam nota.

Cammattara *vt ſcopum* non, extat alibi ſcriptum cum Aleph. Lachets *ſagittæ*, non extat; ſed ſemèl legitur Lechets.

Shel. Jar.

Meque ut ſcopum ſagittæ conſtituit] ſtare fecit me ex adverſo ſagittarum ſuarum, ut in me quaſi in ſcopum ſagittas dirigeret. u Eſnile in lingua idololatrica.

Ab. Ezra.

Vt ſcopum] Aleph in Mattara eſt pro He fœm. Eſt autem ab eadem radice cum x Noter obſervans.

x Nah. 1. 2.

Text. Heb.

13. In renes meos ſagittas pharetræ ſuæ intrare fecit.

Par. Chald.

Intrare fecit in renes meos ſagittas pharetræ ſuæ.

Maſora magna.

Aſhpatho *pharetræ ſuæ*, tèr legitur. & loca notantur in Jer. 5.

y vid. not. in cap. 1. v. 8. Galli adhuc vocant phæretram Car quois literis paululum mutatis.

Maſora parva.

Hebhi *intrare fecit*, non reperitur in principio verſiculi alibi. Bhechiljothai *in renes meos*, non legitur defectivè ſcriptum. Aſhpatho tèr legitur.

Shel. Jar.

Filios pharetræ ſuæ] i. ſagittas quas in pharetra collocant, quam y Quoinc vocant.

Ab.

Ab. Ezra.

Phareträm ventri mulieris gravidæ assimilat.

Text. Heb.

14. Ludibrio sum toti populo meo, & canticum eorum toto die.

Par. Chald.

Illusio sum violentis omnibus inter populum meum, & de me tota die psallebant.

Masora magna.

Sechoch *ludibrio*, quater legitur defectivè scriptum. & loca notantur in Jer. 20. vide illic: & vide in Prov 2 cap. 14. Gnammi *populo meo*, tèr legitur; ubi putant quidam legi debere Gnammim *populis*. & loca notantur in lib. 2. Sam. cap. 22.

Masora parva.

Sechoch legitur quatèr defectivè scriptum in scriptura: Gnammi tèr: putant aliqui legi debere Gnammim *a populis*.

Ab. Ezra.

Toti populo meo] usque dum populus meus, qui e me originem habuit, deriderent. Aut omnibus populis qui fuerant sub imperio meo: ut, Amalechum & populum ejus. Aut *c* Jod additum est, & adesse non debuit, sicut *d* & liberasti me a contentionibus.

Gnammi *populi*, Nam de Saule œnigmaticè loquitur, & sic in initio cantici dixerat, & e manu Saulis.

Text. Heb.

15. Satiat me amaris rebus, inebriat me absinthio.

Par. Chald.

Implevit me veneno serpentum, absinthio me inebriavit.

Masora parva.

Hisbignani *satiat me*, non extat in significatione irrigationis. At semèl extat in significatione juramenti, Pater meus *e* hisbbignani *jurare fecit me*. Hiruam *inebriat me* non extat alibi.

Ab. Ezra.

Beth in Bammererim *amaris rebus f* redundat sicut, *g* Lachrymis abundanter.

z *Nil hic mutandum intelligit Masora quia Gnammi scriptum sit in libris antiquis, licet aliqui aliter sentiant. vid. Eux. Clau. Mas. in voce Sebbarin.*

a *Sc: aliis.*

b Exod. 17 13.

c. i. *Paragogicum est. vid. Mart. Gram. lib. 1. cap. 3.*

d 2 *Sam.* 22. 44.

d *Est enim Gna populi sine affixo, Ps.* 18. 44.

e Gen. 50. 5

f *Non est enim in rebus amaris*

g Psal. 80. 4.

Text. Heb.

16. Comminuit quoque scrupis dentes meos, & me cinere depressit.

Par. Chald.

Et fregit lapillis dentes meos, cinere me humiliavit.

Masora parva.

h Vaigares: *comminuit quoque*, non legitur alibi. Shinnai *dentes meos* non extat cum Camets & accentu. Zaceph. Hic, pishani *depressit me*, non extat.

Sbel. Jar.

Et *comminuit*] & fregit: & simile est, *i* Fracta est anima mea. & sic *k* Contusum e spicis virentibus.

Scrupis] lapidibus parvis qui sunt in medio pulveris, quia in captivitate solebant depsere frumenta cocta eorum in foveis quas in fundo fodiebant, & scrupi iis immisti fuere, sicut dicit Sanctus benedictus Deus Ezechieli, *m* Para tibi vasa captivitatis sc: vt in iis bibas & placentas parvas in iis depsas, vt ipsi quoque discant & faciant similitèr, juxta quod dicitur, *n* & erit Ezechiel vobis in signum; Illi autem eum deridebant, nec ita fecerunt in fine, quia fracti fuere dentes eorum.

Depressit me] texit me pulvere, sicut vas cujus os tectum est. Ernetir in lingua *o* idololatrica; & simile extat in *p* Mishnah *q* Mensura Cooperta mensus est, pishon Camelarius.

Et *comminuit*] quasi diceret, & fregit; & sic Fracta est anima mea, *Psal.* 119. 20.

Depressit me] Non reperitur hoc verbum alibi, & sensus est, polluit me.

Text. Heb.

17. Et animam meam a pace amovisti prosperitatis oblitus sum.

Par. Chald.

Et abhorruit anima mea, ita vt pacem petere non auderet, oblitus sum benignitatis.

Masora parva.

Nashithi bis legitur in duabus significationibus.

Ab. Ezra.

Et amovit] & *s* sprevit.

Text.

h *Deest nota rotunda in vaigares in Bib. Eux. quæ indicaret quæ vox sit, quæ non legitur alibi. Est autem in Bib. Ven. Edit. 2.*

i Psal. 119. 20

l Lev. 2. 14.

m Ezech. 12. 3.

n *Hæc verba sunt* Ezech. 24. 24. *Similia sunt* Ezech. 12. 11. *Ego sum vobis signum.*

o *vid. not. in c.* 1. *v.* 8.

p *Pars* 12. *Talm. Babil. Est Gemara* 2 *a.* q 1. *mensura superfluente, quæ marginem tegit* Luc. 6 38. *E novo enim testamento parabolas multas accipiunt Talmudici. vel Pishon retributionem mensura tecta metitur. Propriis enim nominibus sæpe utuntur Judæi in proverbiis.*

r *Hic significat Oblitus sum.* Jer. 15. 10. *Non mutuo dedi.*

Text. Heb.

18. Et dixi, periit robur meum, & spes a Domino.

Par. Chald.

Et dixi periit fortitudo mea, & bonitas quam a Domino expectavi.

Masora parva.

Nitschi *robur meum*, non legitur nisi hoc loco.

Shel. Iar.

Et dixi, periit robur meum] dixi in corde meo, in multitudine angustiarum mearum; Periit robur meum & spes mea.

Ab. Ezra.

Robur meum] continuatio *t* in robore meo. Sicut, & spargetur robur eorum super vestes meas, & totum vestimentum meum contaminabo. De sanguine loquitur; quia in eo consistit robur viventis.

Text. Heb.

19. Recordare afflictionem meam, & ploratum meum, absinthium & cicutam.

Par. Chald.

Recordare afflictionem animæ meæ, & quid in me acerbè fecerint osores mei, qui me bibere fecerunt absinthium & venenum serpentum.

Masora magna.

Zechor *recordare*, ter legitur cum Camets, & loca sunt, *u* misericordia memor esto mei tu. *Psal.* 25. 7. Memor esto verbi *tui* ad servum tuum. *Psal.* 119. 49. Recordare afflictionem meam, & ploratum meum, *Lam.* 3. 19. & omnia quæ conjunguntur cum Aleph, Zajin aut Nun. Exempli gratiâ, Zehor ani, *recordare, ego. Psal.* 89. 47.

Zechor zoth, *recordare hoc. Psal.* 74. 18. Zechor na, *recordare quæso. Iob.* 10. 9. quæ Camets habent sicut priora.

Masora parva.

Zechor, tèr extat cum Camets. varosh, *& cicutam* bis extat, & in *x* duabus locutionibus.

Shel. Iar.

Ploratum meum] Complainte, in lingua *y* idololat-

s sc. animæ mea pacem. vult enim cum paraph. Chald. Tiz hac esse pers. 3. fem. ubi nos per. 2. pers. masc. exponimus.

t Es. 63. 3.

u Est chechasdecha secundum misericordiam tuam. non beciosed in misericordia.

x i. semel varosh & cicutam hoc loco: semel varosh, & venenum. Deut. 32. 33. Non Potui trans ferre, In duabus significationibus nam varosh sæpe legitur in signif. capitis, varosh nunquam.

Ab. Ezra.

Zechor] Potest esse Gerundium, sicut dicitur, 2 Dum recordarentur filii eorum. *Ier.* 17. 2. Aut significat invocationem Dei.

2. Non est ibi *Bizcar* sed *Chizcor.*

Text Heb.

20. Perpetuò recordatur, & inclinat se super me anima mea.

Par. Chald.

Recordando recordatur & orat pro me anima mea ob afflictionem.

Masora parva.

Zachor tizchor *recordando recordatur*, bis legitur. In vethashoac, *& inclinat se*, scribitur Jod pro Vau.

Shel. Par.

Recordando recordatur] Sc. anima mea afflictionem meam & ploratum meum. & inclinat se super me. Sic est sensus loci simplex juxta sensum phrasis hujus in scriptura. At interpres mysticus interpretatur, Recordando recordaberis: Scio quòd in fine memor eris illius quod factum est mihi, sed inclinatur in me anima mea ad expectandum tempus recordationis. Undè Poeta canticum hujusmodi composuit, Scio quòd tandem memor eris, sed inclinat se anima mea in me donec memor fueris.

Ab. Ezra.

Simulac anima mea mali hujus recordatur, in me inclinatur.

Text Heb.

21. Hoc in cor meum revoco, idcircò sperabo.

Par. Chald.

Hanc consolationem in cor meum reducam, ideoque expectabo.

Masora magna.

a Bib. Buxt. & Ven. legunt ashith pro ashibh b. sc: cum vau & Jod.

Ochil *sperabo*, tèr legitur. Et loca sunt, Cur expectarem a Domino ulteriùs. 2 *Reg.* 6. 33. Hoc in cor meum *a* revoco, *Lam.* 3. 21. Portio mea Dominus, inquit anima mea & *Lam.* 3. 24.

Masora parva.

Ochil tèr legitur, & plenè scriptum.

Shel.

Shel. Iar.

Hoc revoco in cor meum] poſtquam dixerat mihi cor meum, periit ſpes mea a Domino, cordi meo ſic reſpondebo, Attamen ulteriùs ſperabo. & quid eſt illud quod cordi meo, reſpondebo? Benignitates Dei (in cauſa ſunt) quòd non conſumamur, & omnia quæ ſequuntur, uſque ad Cur queritur &c.

Ab. Ezra.

Hoc] i. hanc ſpem.

Text. Heb.

22. Miſerationes Dei *in cauſa ſunt* quòd non conſumamur, quia compaſſiones ejus finem non habent.

Par. Chald.

Benignitatem Domini *expectabo*, quia non ceſſant, quia non cohibentur compaſſiones ejus.

Maſora parva.

Thamnu *conſumamur*, non legitur cum Camets & Zaceph. Rachaman *compaſſiones ejus*. Ab Occidentalibus ſic ſcribitur & legitur: At ab Orientalibus ſcribitur Rachaman, & legitur Rachamain.

Shel. Iar.

Quòd non conſumamur] Thamnu pro Thammu. Quòd non conſumuntur. At ſunt qui interpretentur, Quod non conſumamur, ſicut, Num expirando conſumemur? *Num.* 17. 13. Miſericordiæ Dei hoc efficiunt, quòd non conſumamur, neq; perdamur ob iniquitates noſtras.

Ab. Ezra.

Thamnu] juxta ſenſum ejus literalem, *conſumamur*. Aut Nun *c* additur vice literæ duplicatæ quæ deeſt.

c *Thamnu pro thammu, conſumuntur.*

Text. Heb.

23. Novæ ſunt ſingulis matutinis, magna eſt fidelitas tua.

Par. Chald.

Signa nova ſingulis matutinis multiplicas, multa eſt fides tua.

Maſora parva.

Liabbecarim *ſingulis matutinis*, quater legitur.

Shel. Iar.

Novæ ſunt ſingulis matutinis] renovantur miſerationes tuæ

tuæ de die in diem.

Magna eſt fidelitas tua] res magna eſt promiſſio tua, & res magna eſt in te confidere, quòd confirmatis, & obſervabis promiſiſti nobis.

Ab. Ezra.

Renovatæ ſunt] ſc. miſericordiæ tuæ. Singulis matutinis] quotidiè, quemadmodum, *d* Singulis matutinis excindam.

d Pſal. 101. 8. *Rabbah*] magna: aut juxta ſenſum ejus *e* literalem.

e i. *multa.*

Text. Heb.

24. Jehova portio mea eſt, inquit anima mea, ideoque in eo ſperabo.

Par. Chald.

Pars mea Dominus, dicit anima mea, idcirco illum expectabo.

Maſora parva.

Ochil *ſperabo*, tér legitur.

Shel. Iar:

Jehovah portio mea eſt inquit anima mea] Dominus portio eſt diviſionis meæ. Juſtum igitur eſt ut ſperem in eo.

Ab. Ezra.

Inquit] mihi ſc.

Text. Heb.

25. Dominus bonus eſt expectantibus illum; animæ quæ illum quæreit.

Par. Chald.

Dominus bonus eſt iis qui expectant ſalutem ejus, animæ quæ quærit inſtructionem illius.

Ab. Ezra.

Quærit illum] ſc: in veritate.

Text. Heb.

26. Bonus & ſperat & ſilet ob ſalutem Domini.

Par. Chald.

Bonum eſt expectare & ſilere dum veniat redemptio a Domino.

Maſora parva.

Tobh vejachil *bonus & ſperat*, non extat alibi.

Shel. Iar.

Bonus & ſperat & ſilet] Et, ante, ſperat, redundat, ſicut

cùt in, *f* & Aiah & Anah, Bonum eſt ut ſperet homo, & ſileat, & vigilet ob ſalutem Domini.

f Gen. 36.24

Ab. Ezra.

Vau, in Vejachel; eſt ſicut *g* Phe *h* lene in lingua Arabica.

g *i. redunda ut Phé, &, ſæpe apud Arabes.*

Text. Heb.

27. Bonum eſt homini ut ferat jugum in adoleſcentia ſua.

h *i. ſine puncto tenuitatis, Arabes enim non habent P. ſed pro ea litera vel Ph utuntur ut in phe & vel B. ut Baulus pro Paulus.*

Par. Chald.

Bonum eſt homini ut inſtituat animam ſuam, ad ferendum jugum præceptorum in pueritia ejus.

Bingnurau, *in adoleſcentia ſua*; non legitur alibi plenè ſcriptum.

Ab. Ezra.

Iugum] Correctionis ſc.

Text. Heb.

28. *Ut* ſedeat ſolus, & ſileat, ut ferat ſuper ſe.

Par. Chald.

Sedeat per ſe, & ſileat, & portet correctiones, quæ veniunt propter unitatem nominis Domini, quæ miſſæ ſunt ad vindicandum in eum propter peccata levia, quæ peccavit in hoc mundo, uſque dum parcat ei, & auferat eas ab illo, & recipiat *i* vultus pacificos in mundo futuro.

i *Pib. Reg. legunt Agar Shelim mercedem perfectam.*

Maſora parva.

Badhadh, *ſolus*; octiès legitur. Vejiddom, *& ſileat*, non legitur niſi hoc ſolo.

Shel. Iar.

Sedeat ſolus] Cuicunque contigerint luctus & adverſitas, ſedeat ſolitarius, & proſperitatem expectet. l 1. Sam. 14. 9.

Et ſileat] Expectationem ſignificat, ſicut in illo dicto Jonathanis, *l* Si ſic dicant nobis, Manete.

Quia impoſuit ei] Quia Dominus decretorum, decretum hoc in illum conſtituit.

Ab. Ezra.

Ut ferat ſuper ſe] Jugum ſc.

Text. Heb.

29. Imponat pulveri os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.

Par. Chald.

Imponat pulveri os ſuum, & proſternat ſe coram Domino ſuo, ſi fortè ſit ſpes.

Maſora magna.

Pihu, *os ſuum*; vigeſies & bis legitur, & loca notantur in initio Cantici Canticorum

Maſora parva.

Pihu, vigeſiès & bis extat.

Ab. Ezra.

Incurvet ſe factori ſuo uſque dum veniat pulvis in os ejus.

Text. Heb.

30. Det percutienti illum maxillam, plenus ſit opprobrio.

Par. Chald.

Extendat genam percutienti illum, propter timorem Domini ignominiâ repletus ſit.

Maſora parva.

Jisbang, *plenus ſit*; *m* Seducunt in eo.

Ab. Ezra.

Beth in Becherpah redundat, ſicut in *n* Implevit me in amaritudinibus. *Text Heb.*

31. Quia non rejiciet in perpetuum Dominus.

Par. Chald.

Quia non projiciet Dominus ſervos ejus in ſeculum, ut tradat eos in manum eorum, qui illos oderant.

Maſora parva.

Adhonai, *Dominus*; quaterdeciès in hoc libro legitur.

Sbel. Jar.

Quia non rejiciet in perpetuum Dominus] Idcirco bonum eſt ſilere.

Ab. Ezra.

Rejiciet] Spernet.

Text. Heb.

32. Nam ſi dolorem inferat miſerebitur etiam ſecundum multitudinem miſerationum ejus.

Par. Chald.

Sed ſi initio frangat poſteà tamen redibit, & juſtorum miſerebitur in multitudine bonitatis ejus.

Maſora magna.

o Hoghah, *dolorem inferat*; tèr legitur: bis plenè ſcriptum & ſemèl *p* defectivè. & loca ſunt. Quum amotus eſſet a via trita. 2. *Sam.*20.13. *q* Quam afficit Jehovah mærore die æſtûs

m ſe: qui volunt legi vejisbang, ac ſi deeſſet vau, &.

n Lam. 3.15.

o Bib. Bux. legunt Chonah pro Hoghah.

p i. ſine vau.

q Deeſt in Bib. Bux. virgula nota diſtinctionis locorum poſt Hamſilah.

æstûs iræ suæ. *Lam.*1.12. Nam si dolorem inferat, miserebitur etiam. *Lam.* 3.32. Et semèl, Quia Jehovah mœstitiâ affecit eam propter multitudinem. *Lam.*1.5. Non extat enim alibi cum Mappic in He. Exemplum primum defectivè scribitur.

Masora parva.

Hoghah, tèr legitur. Cherobh, *secundum multitudinem*; septiès legitur.

Shel. Jar.

Nam si dolorem inferat] Si homo dolorem in se inferat propter iniquitatem ejus, etiam postèa miserebitur secundùm multitudinem miserationum ejus. Hoghah *hic*, & vaijageh *v. seq.* significationem mœstitiæ habent.

Ab. Ezra.

Et misereatur] *i.* miserebitur, nam sic est mos linguæ. & fuit Jehovah mihi in Deum, *i. e.* erit *Gen.* 28.21.

r *Perspicuum est hos duos Rabbinos legisse vaijage cum, Aleph pro He Mirum undè. Nam nec Masora notat, nec Biblia nostra sic legunt.*

Text. Heb.

33. Non enim ex animo affligit, aut contristat filios hominis.

Par. Chald.

Propterea quòd non affligat homo animam suam, nec superbiam e corde suo ejiciat, idcirco occasio datur, ut contingat calamitas filiis hominum,

Masora parva.

Vaijageh, *aut contristat*; non extat alibi.

s *Patet Rabbinos vocare Hiphil & Hophal conjugat. graves e vaijageh & Haitse, & ex Ab. Ezra in c. i. v.5. Sed addunt, Aucta, ut distinguant a Piel.*

Shel. Iar.

Non enim affligit] Et *r* dolore afficit filios hominum ex animo ejus & complacentia, sed iniquitas occasionem ministrat.

Ab. Ezra.

Ex animo ejus] Ex desiderio ejus. Vaijage] cum Aleph in fine prò He. Estque e conjugatione gravi *s* aucta. Sicut Haitse *educito tecum* t *Gen.*8.17.

t *Jbi est Haitse pro Hotse: hic vaijageh pro vaijogeh.*

Dimidium libri ratione versiculorum.

Text. Heb.

34. Ut conterantur sub pedibus ejus omnes captivi in terra.

Par. Chald.

Ut deprimantur, ut subjiciantur pedibus ejus omnes vincti terræ.

u *Litura est in Eux. Bib. in Din judicii. Videtur esse Shen: sed in Bib. ven Parv. est Din.*

Shel. Jar.

Ut conterantur sub pedibus ejus] Propterèa quòd non affligit è corde suo, ut sit afflictus quis sub pedibus ejus &c. Neque ut pervertat judicium viri quis &c. neque ut subvertat quis hominem in judicio suo, hæc omnia Dominus non videt. *i. e.* non bonum videtur illi. neque ascendit in cor ejus ut ita fieret. Non videt *i. e.* non rectè factum est in oculis ejus, ut subverterent domus *u* judicii superna hominem in causa sua. Sicut, Quid vidisti quód feciſti, &c. *Gen.* 20. 10.

Ab. Ezra.

Liedhacche, ut conterantur] Aleph in hoc verbo radicale est.

Text. Heb.

35. Ut pervertatur judicium viri coram facie Altissimi.

Par. Chald.

Et ut declinetur judicium viri pauperis e regione superioris.

Masora parva.

Gebher, *viri*; octodeciès legitur.

Ab. Ezra.

Verbum, declinavit, conjunctum voci judicium, idem est quod corrupit.

Text. Heb.

36. Ut subvertatur homo in causa sua: Dominus non videt.

Par. Chald.

Ut subvertatur homo pauper in contentione sua: possibile est ut in conspectu Domini non reveletur.

Masora parva.

Beribbo, *in causa sua*; quatèr legitur. Adhonai, *Dominus*, quaterdeciès in hoc libro legitur.

Ab. Ezra.

Non videt] In sapientia ut ita esset.

Text. Heb.

37. Quis ille est qui dicit & fit, si Dominus non jusserit.

Quis

Par. Chald.

Quis eſt ille homo, qui dicit & evenit malum in mundo, niſi propterèa quòd fecerint id quod juſſi non fuerint ab ore Domini.

Maſora parva.

Vattehi, *& fit*; non legitur alibi.

Shel. Jar.

Quis ille eſt qui dicit & fit; &c. Ex ore Altiſſimi &c.] Et ſi dicerem, Malum hoc in me a manu ejus non venit, per accidens in me cecidit; non eſt ita, ſed tam in bonis quam in malis rebus, quis eſt qui dicit & fit, ſi Dominus non juſſit, & ex ore ejus non proceſſerit, ſive bonum ſit ſive malum? At tum quid opus eſt ut lugeat homo vivens? Homo propter peccata ſua, Vnuſquiſque vir lugeat propter peccata ſua, quia ipſa ſunt quæ malum in eum adducant.

Text. Heb.

38. Ex ore Domini nonne procedunt mala &bonum?

Par. Chald.

Ex ore Dei non procedit malum niſi per vocem cæleſtem innuentem, propter rapinas quibus impleta eſt terra, eſt quo tempore intendit decernere bonum in mundo, ex ore ſancto ejus venit.

Maſora magna.

Vchattobh quatèr reperitur & plenè ſcriptum. & facies quod rectum & bonum eſt in conſpectu Domini, *Deut.* 6. 18. Quæſo Domine recordare modò quòd ambulaverim &c. 2 *Reg.* 20. 3. Et ſimilem locum vide. *Eſ.* 38. 3. Ex ore Domini nonne procedunt mala & bonum? *Lam.* 3. 38.

Maſora parva.

Vchattobh, *& bonum*; quatèr legitur.

Text. Heb.

39. Cur queritur homo vivus? de peccatis ſuis *queratur* quiſq;

Par. Chald.

Quare *x* divitias invenit homo ut peccet in diebus vitæ ſuæ? vir malus ad peccata ſua?

Maſora parva.

Jithonen, *queritur*; non extat alibi. Chataau, *peccatis ſuis*; Lege Chataau cum Jod ante vau.

x *Paraphr. Chald. derivat Jithonen, ab on in ſignificatione divitiarum, non in ſignif. luctus.*

Ab. Ezra.

Jithonen est a radice ôn.

Text. Heb.

40. Jnvestigemus & scrutemur vias nostras, & ad Dominum revertamur.

Par. Chald.

Pervestigemus & inquiramus in vias nostras, & resipiscendo revertamur coram Domino.

Masora parva.

Venachcorah, *& scrutemur*; non extat nisi hoc loco. Venashubhah, *& revertamur*; septies extat Gnadh Jehovah, *ad Dominum*, quinquies legitur.

Ab. Ezra.

Nacpesah, *investigemur*; est in conjugatione Cal.

Text. Heb.

41. Attollamus cor nostrum cum manibus ad Deum in cælis.

Par. Chald.

Elevemus cor nostrum mundum, & projiciamus rapinam & prædas e manibus nostris, & redeamus coram Domino Deo nostro, cujus divina præsentia est sursum in cælis.

Masora parva.

Nissa, *attollamus*; sexies legitur. Lebhabhenu, *cor nostrum*; quatér extat defectivè scriptum. Cappajim, *manibus*; non reperitur cum Camets & Zaceph. El el, *ad Deum*; non extat.

Shel. Iar.

Cum manibus] Ad nubes, ad cœlos. z Sicut dicitur *a* Et ecce nubes pavra quasi manus hominis ascendens. & sic, *b* Tegit lucem nubibus, & mystica interpretatio doctorum nostrorum est, Attollamus corda nostra in veritate, Deo sancto benedicto, sicut homo qui manus suas lauat in innocentia, qui projicit e manibus ejus omnem spurcitiem: quia *c* qui confitetur & deserit, misericordiam obtinebit: at qui confitetur & non deserit est sicut *d* tingens cujus in manu reptile *manet*.

Ab. Ezra.

Attollamus cor nostrum] Juxta sensum ejus loci Et accepit fercula. *Gen.* 43. 34.

y *Errat Masora, nam el el est* Job. 15. 13 *& citatur. in Mas. mag. hujus cap. in v* 64.

z *Forte* Deith amar *pro* Deithamar, *in Bib. Bux.*

a. *i.* Reg. 18 44. *sed ibi non est vehinneh & ecce, sed hinneh ecce.*

b Job. 36. 32

c Prov. 28. 13.

Text. Heb.

42. Nos peccavimus & rebellavimus, & tu non remisisti.

Par. Chald.

Nos rebellavimus, renuimus, & propterèa quòd non reversi fuimus ad te tu non remisisti.

Masora magna.

Nachnu, *Nos*; tèr legitur & loca sunt. Nos omnes viri unius Filii *Gen.* 42.11. Transibimus armati. *Num.* 32.32. Nos peccavimus & rebellavimus. *Lam.* 3.42.

Masora parva.

Nachnu tèr reperitur.

Shel. Jar.

Nos peccavimus & rebellavimus] Hæc via nostra est ob figmentum malum.

Tu non remisisti] Quamvis remissio tibi placeat, quia sic est mos tuus.

Ab. Ezra.

e Aleph in Anachnu *nos* addititium est.

Text. Heb.

43. Texisti irâ & prosecutus es nos, occidisti neque pepercisti.

Par. Chald.

Obtexisti super nos in ira & persecutus es nos in captivitate, interfecisti, & non pepercisti.

Masora parva.

Saccothah, *texisti*; tèr legitur, quamuis non *f* sic scriptum. Lo chamalta, *neque pepercisti*; bis reperitur.

Shel. Jar.

Texisti irâ] Extrinsecus quasi sepem obduxisti iram. ut esset sepimentum inter te & nos, & nos eâ prosequeris.

Ab. Ezra.

Saccothah *est* e verbis geminatis.

Text. Heb.

44. Texisti te nnbe, ut non transiret oratio.

Par. Chald.

Texisti cælos nubibus tuis glorioſis eo fine ut non transeat ad te oratio nostra.

Masora parva.

Saccothah tèr legitur. Megnabbor, *ut non transiret*; septies legitur

d *Tingere solebant vermiculis Inde Coccineus quia κόκκος fruticis granum appellatur in quo vermiculi nascuntur quibus panni coccinei tinguntur. vid Shel. Jar. in Es.1.18. Hinc hebr. Tolang coccinum Tolang vermiculus potest & legi. Sicut qui lavat & vermem in manu ejus tenet sc. legaliter purgari videtur & immunditiem retinet. Videtur esse Prov. Judaic: vid. Maim: can. pœn: c.2. figur. 4.*

e *vel legerant Anaenu tum, & notatur, quia versus deberet incipere cum Nun: vel a verbo Nacnu occasionem cepit indicandi Anacnu esse derivatum a Nacnu addito Alep.*

f *sc. cum He paragogic. in fine aut vau in medio.*

legitur g plenè ſcriptum in hac ſignificatione.

Text. Heb.

g *i. cum* ; *vau,*

45. Purgamentum & rejectamentum poſuiſti nos in medio populorum.

Par. Chald.

Diſperſos & deſertos poſuiſti nos in medio populorum.

Maſora parva.

Sechi, *purgamentum*; non extat, ſed ſemèl legitur h Shechi *Incurvate*. Umaos, *& rejectamentum*; non reperitur niſi hoc in loco.

h *ſc.* Eſ. 51. 23.

i *Miſhnah. vid not. in v.* 16.

Shel. Jar.

l *Chichu pro ſechu. vid. Bib. Ven.*

Purgamentum & rejectamentum] Pituita illud eſt in linguâ i Talmudica, l purgamentum & mucus qui puratur è medio pulmonis, & gutture exit.

m Ezech. 26. 4.

Poſuiſti nos] Temporis præſentis interpretationem admittit.

Ab. Ezra.

Sechi] Ex eadem radice cum m Veſichethi, Et abradam puluerem ejus. Juxta ſenſum diſperſionis.

Text. Heb.

46. Aperuerunt contra nos os eorum omnes inimici noſtri.

Par. Chald.

Aperuere in nos os ſuum omnes hoſtes noſtri capitales, ut decreta mala in nos decernant.

Ab. Ezra.

Putſu] *i. e.* Pathchu, aperuerunt.

Text. Heb.

47. Timor & fovea nobis evenit, vaſtatio & confractio.

Par. Chald.

Et terror & commotio nobis accidit ab n iis, tremor & fractura.

n *adverſariis ſc. vel decretis v. priore memoratis.*

Maſora parva.

Haſhſheth, *vaſtatio*; non legitur alibi.

Shel. Jar.

Timor & fovea] Cum præ timore fugimus, incidimus in foveam vaſtationis.

Haſhſheth] Significationem vaſtationis habet. Jnſtàr vaſtationis.

Ab.

Ab. Ezra.

Haſhſheth, ſicut ſhoah vaſtatio. Quod & Aleph convenientèr indicat.

Text. Heb.

48. Rivis aquarum deſcendit oculus meus ob fracturam filiæ populi mei.

Par. Chald.

Inſtàr rivulorum aquarum diffluit oculus meus lachrymis ob confractionem congregationis populi mei.

Maſora magna.

Palge majim *rivis aquarum* tèr legitur initio verſiculorum, Rivis aquarum deſcendit oculus meus ob fracturam, *Lam.*3. 48. Rivis aquarum deſcendunt oculi mihi, quia non obſervant, *Pſal.*119.136. Rivi aquarum cor Regis in manu Domini, *Prov.*21.1.

Maſora parva.

Palge majim tèr legitur. Gneni *oculus meus* vigeſiès noviès legitur.

Ab. Ezra.

Pelaghim ſunt fluvii.

Text. Heb.

49. Oculus meus defluit, neque ceſſat, quia non ſunt intermiſſiones.

Par. Chald.

Oculus meus diſtillat lachrymas, neque ceſſat a fletu, quia non eſt ceſſare qui faciat tribulationem meam, aut qui verbis conſolatoriis me alloquatur.

Maſora parva.

Haphugoth *intermiſſiones* non reperitur alibi *o* ſic Scriptum.

o Sc. cum hateph pathach, & ſine vau poſt Phe.

Shel. Iar.

Quia non ſunt intermiſſiones] Quia non ſunt vices, vel & metaphora eſt neque tranſitus.

Ab. Ezra.

Ceſſat] Senſus eſt, non ceſſabit omninò oculus meus quamvis diù duret. Et He in Haphughoth eſt Hemanticum, ut Thau in Terumoth *oblationes.*

Text. Heb.

50. Donec prospiciat & videat Dominus è cælis.

Par. Chald.

Donec respiciat & videat afflictionem meam Dominus è cælis.

Masora magna.

Vejere *& videat* tèr legitur sine Pathach & Daggesh. Et loca sunt & videat & causam meam agat, 1 *Sam.* 24. 15. Donec prospiciat & videat Dominus è cœlis, *Lam.* 3. 50. Nam quis stetit in arcano Domini? *Jer.* 23. 18.

Masora parva.

Vejere tèr legitur sine Pathach & Daggesh.

Ab. Ezra.

Prospiciat] Quasi esset in cœlo fenestra ex qua prospiceret.

Text. Heb.

51. Oculus meus afficit animam meam propter omnes filias urbis meæ.

Par. Chald.

Fletus oculi mei malo afficit animam meam propter desolationem regionum populi mei, & inquinationem filiarum Hierosol. urbis meæ.

Masora parva.

Gneni *oculus meus* Vigesiès noviès legitur.

Shel. Jar.

Oculus meus afficit animam meam propter omnes filias urbis meæ] Jeremiah fuit è familia Sacerdotum, & dicit, Oculus meus lachrymis afficit, & inquinat faciem meam ob animam meam propter omnes filias urbis meæ.

p Job 16. 15. *Afficit*] Pollutionem significat, ut, *p* Et pollui cornu meum in pulvere.

Propter omnes filias urbis meæ] Familia mea fiere debet pro omnibus familiis urbis, quia selecta fuit ad sanctitatem & cultum Dei sancti benedicti præ omni Israele.

Ab. Ezra.

Sunt qui dicant, Oculus meus ultimò afficit, & interpretantur Gnollah sicut, veluti *q* Gnolloth racemationes vindemiæ. Ac mea sententiâ venit ab eadem radice cum *r* Gnolel, Facit.

q Mic. 7. 1.
r Lam. 1. 22.

Text.

Text. Heb.

52. Sicut avem me ubique venantur hoſtes mei, ſine cauſa.

Par. Chald.

Inſidias ubique mihi ſtraverunt quaſi volucri ſine cauſa hoſtes mei capitales.

Maſora parva.

Tſodh *venandò* non extat alibi plenè ſcriptum. Catſtſippor *ſicut avem* tèr legitur cum Pathach & Daggeſh.

Ab. Ezra.

Sine cauſa] Cohæret cum ſ Hoſtes mei.

ſ *i. e. Qui me ſine cauſa oderunt.*

Text. Heb.

53. Exciderunt vitam meam in fovea, & projecerunt lapidem in me.

Par. Chald.

Tranſiit in foveam vita mea, & lapide me obruebant.

Maſora parva.

Caijai *vitam meam* non extat cum Camets Vaijaddu & *projecerunt* non legitur.

Shel. Jar.

Exciderunt in fovea vitam meam] *i.e.* In carcere, Tſamthu hîc ſignificat ligaverunt, t Sicut Coarctatio nervorum. Præter crines tuos, *Cant.*4.1. Eſretour *Gallicè*.

t *Fortè locus in Talmudo eſt, nam in Bib. non extat.*

Et projecerunt lapidim in me] Super os putei. Sic fecerunt Danieli, quod Jeremiah ſpiritu prophetico vidit. Incluſerunt in puteo vitam meam, & quamvis vitam meam in puteo incluſiſſent, ita ut non u potuerim aſcendere ex eo, non ſatisfactum eſt tamen hoc modo animis eorum dum lapidem ſuper me projeciſſent.

u *Sheeno ut non ille. Bib. Lux. Rectiùs Bib. Ven. Sheeni ut non ego.*

Text. Heb.

54 Exundant ſuper caput meum aquæ, dixi, exciſus ſum.

Par. Chald.

Inundârunt aquæ ſuper caput meum, dixi in ſermone meo, exciſus ſum è mundo.

Maſora parva.

Tſaphu *exundant* non extant alibi. Nighzarti *exciſus ſum* non legitur niſi hoc loco.

Shel. Jar.

Exundant aquæ, &c.] Quia quo tempore homo in aquas

usque ad lumbos descendat hucusque spes est. At si exundaverint aquæ super caput ejus tunc dicit, periit spes mea. Nec tamen ego ita procedo, sed clamavi, &c. Exundant aquæ, *i. e.* populi mundi.

Ab. Ezra.

Exundant] Quasi diceret inundabant. Ex eadem radice cum, *x* Quomodo Hetsiph inundare fecit.

x Deut. 11.4.

Text. Heb.

55. Invocavi nomen tuum Domine è fovea infima.

Par. Chald.

Nomini tuo Domine preces fudi è fovea inferiore.

Masora magna.

Tactijoth infima septiès legitur. Et loca sunt. Et dixit, Da mihi benedictionem, nam terram Australem dediisti mihi, *Iosh.* 15.19. Posuisti me in puteo infimo, *Psal.* 88.6. Quando descendere faciam te cum descendentibus in puteum. *Ezech.* 26.20. *y* Canite cæli quia Dominus fecit, *Es.* 44.23. Fili hominis lamentationem facito pro multitudine Ægypti, *Ezech.* 32.18. Ibi est Elam & omnis multitudo ejus, *Ezech.* 32.24. Invocavi nomen tuum Domine *e* fovea, *Lam.* 3.55.

y In loco Es. est Ronnu non Ronni, hic in Mas.

Masora parva.

Tactijoth septiès legitur.

Ab. Ezra.

Infimâ] Ex inferiore inferno.

Text. Heb.

56. Vocem meam exaudivisti, ne abscondas aurem tuam ad respirationem mihi dandam juxta clamorem meum.

Par. Chald.

Orationem meam acceptâsti in tempore illo, nunc quoque ne tegas aurem tuam a recipiendo precem meam, ut reficias me ob petitionem meam.

Masora parva.

Tanglem *abscondas* non extat alibi. Leraucathi *ad respirationem meam* non legitur nisi hoc loco.

Ab. Ezra.

Ad respirationem meam] Vt me respirare facias, aut tempore gemitus mei & clamoris mei.

Text.

Text. Heb.

57. Appropinquasti quo die invocavi te, dixisti, noli timere.

Par. Chald.

Appropinquare fecisti angelum liberationis meæ quo die preces ad te fudi, dixisti in verbo tuo, ne time.

Masora parva.

Carabhta *appropinquâsti* bis legitur. Ecraeca *invocavi te*, bis legitur.

Shel. Jar.

Appropinquâsti quo die invocavi te] Sic solitus [z] fuisti diebus pristinis ad me appropinquare in die invocationis meæ.

[z] *Vid. Ven. & Eux. legunt hajithi fui, sed sensus requirit hajitha fuisti.*

Ab. Ezra.

Propinquum te inveni.

Text. Heb.

58. Egisti Domine causas animæ meæ, redemisti vitam meam.

Par. Chald.

Contendisti Domine cum iis qui contentionem in animam meam excitabant, liberasti vitam meam è manibus illorum.

Masora parva.

Rabhta *contendisti* non legitur alibi. Adhonai quater deciès in hoc libro extat.

Shel. Iar.

Egisti Domine causas animæ meæ] In diebus præteritis.

Ab. Ezra.

Vbi ego contentionem habui. tu contendisti Domine.

Text. Heb.

59. Vidisti Domine injuriam mihi illatam, judica causam meam.

Par. Chald.

Vidisti Domine perversitatem, qua in me perversè egerunt, judica causam meam.

Masora magna.

Mishpati *judicium meum* deciès & sexiès legitur. Et loca notantur in Cap.[a] 39. *Ezech.* & in *Psal.* 17.

[a] *Vid. not. in cap. 2. v. 7. cursit Tl pro Lt.*

Masora parva.

Gnauvathathi *injuriam mihi illatam* non legitur alibi. Shophtah *judica* bis extat. Mishpati deciès & sexies repetitur.

Shel. Jar.

Vidisti Domine injuriam mihi illatam] In hac angustia qua injuriam mihi intulere hostes mei.

Iudica causam meam] Quemadmodum feciſti prius.

Ab. Ezra.

Injuriam meam] *i.e.* Injuriam quam *b* mihi intulêre.

b *Bib. Bux. loci, sed Bib. Ven: mag. edit. 2. li mihi & sensus requirit.*

Text. Heb.

60. Vidisti totam vindictam eorum, omnes cogitationes eorum contra me.

Par. Chald.

Revelata coram te est tota vindicta eorum, omnis imaginatio eorum contra me.

Masora parva.

Machshebhotham li *cogitationes eorum contra me* non legitur alibi.

Ab. Ezra.

Vindicta eorum confidenter facta fuit & publicè.

Text. Heb.

61. Andivisti Domine opprobrium eorum, omnes imaginationes eorum contra me.

Par. Chald.

Auditum fuit coram te opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes illorum contra me.

Ab. Ezra.

Etiam opprobrium eorum manifestum est.

Text. Heb.

62. Labia insurgentium contra me, & meditationem eorum in me toto die.

Par. Chald.

Labia insurgentium in me, & commentum eorum contra me quotidiè.

Masora parva.

Vehegjonam *& meditationem eorum* non legitur nisi hoc loco.

Ab.

Ab. Ezra.

contra me] In malum meum.

Text. Heb.

63. Intuere ſedem eorum, & ſurrectionem, ego ſum cantilena eorum.

Par. Chald.

Seſſionem eorum & elevationem eorum inſpice, ego ſum canticum illorum.

Maſora parva.

Vechimatham *& ſurrectionem eorum* non extat alibi. *c* Manghinatham *cantilena eorum* non eſt alibi.

c Deeſt nota Maſor ſuper Manghinatham in Bib. Bux.

Ab. Ezra.

Manghinatham idem eſt cum Neginatham, & Mem eſt additicium.

Text. Heb.

64. Redde illis mercedem Domine juxta opus manuum ſuarum.

Par. Chald.

Redde illis retributionem malam Domine juxta opera manuum ſuarum.

Maſora magna.

Taſhibh *redde* deciès legitur. Et loca ſunt, cave tu ne *d* reducas filium meum illuc, *Gen.* 24.6. Reſtitues ei pignus, *Deut.*24.13. Sapientes principum fœminarum ejus reſponderunt ei, *Iudic.*5.29. Et quomodo avertes faciem ducis unius, 2 *Reg.*18.24. Et ſimile, *Eſ.*36.9. Aciem quoque gladii ejus retro vertiſti, *Pſal.*89.43. Cur retrahis manum tuam, & dextram tuam? *Pſal.*74.11. Quod convertis ſpiritum tuum in Deum, *Job* 15.13. Si averteris a ſabbatho *e* pedem tuum, *Eſ.*58.13. Redde illis mercedem, *Lam.*3.64.

d In Bib. Bux. hic eſt Taſhubh. pro Taſhibh. vid. Bib. Ven. & locum Gen.

e Eſt in Bib. Bux. pedes tuos, ſed non in Eſaia. Fortè addit Maſora Jod pro ſegol.

Maſora parva.

Taſhibh deciès legitur.

Ab. Ezra.

Gemul *mercedem*] Idem eſt in forma conſtructa, & abſoluta.

Text. Heb.

65. Dato illis cordis abjectionem, maledictionem tuam in illos.

Par.

Par. Chald.

Da illis contractionem cordis, & defatigatio tua fatiget eos.

Masora parva.

Meghinuath *abjectionem* non extat alibi. Taalathca *maledictionem tuam* non legitur nisi hoc loco.

Shel. Jar.

Abjectionem cordis] Confractionem cordis. Sicut *f* dicitur *g* Dedam te O *Israel* ! *h* Qui tradidit hostes tuos in *i* manum tuam. Interpretatio alia, Meghinnath lebh est obturatio cordis, angustia & gemitus, quod erit ut scutum ante cor eorum. At qui locum interpretatur in significatione Tugah & Jagon laboris & molestiæ errat, quia Nun non potuit incidere in Meghinnath ; nam Nun in Jagon non est radicale, sed sicut Nun in Hamon *multitudo* ab eadem radice cum ; *l* Tumultuântur Gentes, Hamu. Et sicut Nun in calon *ignominia* è radice Nictah *vilis redditur*. Et sicut Nun in Tsijon *Sion* à Tsijah *Siccitas*. Et sic Nun in Shibbaron *fractio* à Shabhar *fregit*, Sic Shimmamom *desolatio*, Shiggagnon *amentia*.

f Heb. *Deith omer, est dicens, vel dath omer juxta mortem dicentis.*

g Hos. 11.8.

h Gen. 14 20.

i *In Eib. Bux est in manus, sed non rectè. vid. not. in v. 64.*

l Psal. 46.6.

Maledictionem tuam] Eadem significatione cum, *m* stulti effecti sunt principes Zoan.

m Es. 19.13.

Ab. Ezra.

Meghinnath] Sunt qui dicant quód Daggesh in Nun adititium sit, & quod sit ex eadem radice cum Miggen *n* *Tradidit* hostes tuos. Juxta formam Achilah *esbus*. At videtur mihi esse ab eadem radice cum Ganon, *o* Defendendo quoque liberabit.

n Gen. 14.20.

o Es. 31.5.

Taalathca] è radice Alah. *Execratus est*. Et Thau additur, sicut in Taanathah *p* *In occasione ejus* quis potest avertere eam ?

p Jer. 2.24.

Text. Heb.

66. Persequere in ira tua, & perde eos ne sint sub cœlis Domini.

Par. Chald.

Persequere eos irâ, & vasta eos ne sint sub cœlis excelsis Domini.

Masora parva.

Vethashmidhem *& perdes eos* non extat, semel autem legitur

gitur *q* vattashmidhem. Shemę Jehova *cœlis Domini* non legitur nisi hoc loco.

q In Bib. Eux. Deest Pathach sub Vau. vid. Bib. Ven. locus alter est.

Ab. Ezra.

cœlis Domini] Pro cœlis *r* tuis, quemadmodum, Et ad Mosen dixit, Ascende ad Dominum.

r Hic est Domini pro tuis, ut Exod. 24. 1. *Dominum pro me.*

Expositio sensum versuum exprimens.

1. *Ego vir sum*] Recensęt Lamentationis author, quòd hostis erat, qui percussérat eum virgâ furoris.

2. Et exire fecit eum in captivitatem in tenebris, ita ut lucem expectare non posset.

3. Et quavis horâ reversa est manus ejus & percussit eum.

4. Et præ multitudine plagarum contrivit carnem & pellem ejus, & fracta fuerunt ossa ejus.

5. Et postea ædificavit contra eum ædificationem, & caput ejus circundedit.

6. Et ille habitat in tenebris.

7. Et ibi circumsepsit illum, & pedes ejus compedibus.

8. Et si clamaret, clamor ejus auditus non fuit.

9 Et ibi circumsepsit eum, ut desperaret, & semitas quas novit, avertit.

10 Prætereà malum aliud erat, quòd ursus venit ad eum, idque è via quam non cognovit.

11. *Vajphashshechem*] Paraphrastes Caldæus interpretatur, *s* Et in frusta discidit Samuel uphashshac, Et Shomem *desolatum* quia quicunque vidit eum, Jashom. *i. e.* obstupefactus fuit. Et sic, *t* abominationem quæ desolationem affert. Et, *u* abominationem desolationem inferentem. Vno loco Meshomem, alio Shomem.

s 1 Sam. 15. 33.
t Dan. 11. 31. *At ibi est Hashshiccuts non shiccuts ut in hoc loco citatur in Bib. Eux.*
u Dan. 12. 11.

12 Et è longinquo hostis sagittam in eum misit.

13 Et venerunt sagittæ in renes ejus, qui tecti sunt adipe.

14 Et reversus est ut ludibrio haberetur.

15 Et pro pane & aqua, amara & absynthium habebat.

16 Et fracti sunt dentes ejus lapidibus, ita ut non potuit edere, & implevit os ejus cinere. Aut juxta sensum, *x* Pulverem quasi panem.

x Psal. 102. 9.

17 Quasi non sensisset, sed oblitus esset boni.

18 Neque esset ei spes videndi boni ampliùs.

19 Quia semper recordatur afflictionem suam qua afflixit eum hostis, absynthium & cicutam : & hæc sunt amara vice panis.

20 Sunt qui dicant, quòd sensus sit, Recordando recordatur.

21 Hæc est consolatio, quam reddam animæ meæ, quando meditabitur anima mea.

22 Quòd finis non sit misericordiæ divinæ.

23 Rectum est ut *Nova* referatur ad *compassiones* ejus.

y Esth. 1. 8. Quia multa est misericordia tua. *i. e.* magna, sicut, *y* unicuique Domino domus suæ. Aut in significatione multitudinis.

24 Et ipse fuit portio mea à diebus antiquis præ omnibus Dijs.

25 Et scio eum benefacturum omnibus sperantibus in illum.

26 Bonum est ut ferat qui Dominum quærit, & expectet & silens maneat ob salutem Dei, juxta sensum ejus loci, z Requiesce in Domino, & patienter eum expecta. Et sicut, *a* Manete dum accedamus.

z Psal. 37. 7. *a* 1 Sam. 14. 9. *b Sc. ubi rotâ cruciantur homines*, Prov. 20. 26. *Vel, in carcere orbis, terrarum sc. est enim terra in Text Heb. vel i. e. rotundo*, Gen. 39. 20. *c Sensus est, Deus non affligit, ut pervertat judicium, vel ut faciat quod velit, quia altissimus est, & quæ vult potest. Confer paraphrasin cum textu, non hæc verba cum præcedentibus.*

27 *In adolescentia sua*] Fortè adolescens fuit, qui Lamentationes composuit, quando in captivitatem abductus fuit : aut cor iuvenile assumpsit.

28 *Vt ferat* cohæret cum, *jugum*, quod nuper præcesserat.

29 Vt humiliter se in pulverem dejiciat.

30 *Det*] Voluntariè sc.

31 Sunt qui dicant, Rejiciet *i. e.* obliviscetur. Et hoc verum est. Et probatur è ver. 17. Et oblita est pacis anima mea.

32 Tantummodò dolore afficit ut misereatur.

33. *Ex animo*] Non ascendit in cogitationem ejus.

34 Assimilat Deum in cœlo sedenti, & filios hominum vinctis in terra inclusis in carcere *b* rotæ.

35. *c* Vt pervertat judicium, quia excelsus est, & faciat voluntatem suam inter habitantes inferiùs.

36 Hi tres versus cohærent, & sensus, *Non videt*, est, *Non est*, nam quicquid est, Deus videt.

37 Si ita sit quis decernit. potest decretum de filijs hominum, si Deus non præceperit ? Et sensus est, *non decreverit.*

Et

Et sic dicitur, Nam ipse præcepit, & creata sunt, *Psal.* 148. 5.

38 *d* Deus non decernit malum aut bonum de operibus, sed illa sunt in potestate hominis.

d Judaicum commentum.

39. Si ita sit, cur queritur? in locutione sc. Et sic, sicut queritantes, *Num.* 11. 1. Quod probatur è sequentibus, Et audivit Dominus.

40 Tantummodò scrutetur homo vias suas.

41 Cor suum in sacrificium cum manibus suis offerat, aut, Sit cor ejus elevatum cum manibus ejus.

42 Confiteatur Israel, quòd non reversi sint ad Dominum, & quòd ideò non remisit.

43 Posuisti tabernaculum iræ super nos, ita ut non videamus quo fugiamus, tu enim nos persequeris.

44 Similitudine indicat, quasi nubes separaret inter orationem & Deum.

45 Dispersio cum contemptu.

46 *Aperuere os suum*] Subsannantes.

47 Sicut timet aliquis, cum fovea ante eum sit, & subitò incidit, & ecce vitæ destructio sequitur, & corpus in fovea confringitur.

48 Verba sunt lamentantis.

49 Perpetuò flet.

50 Dum videat Deus rivos aquarum, qui descendunt ab oculis meis.

51 Valdè contabuit oculus meus ob luctum animæ meæ præ omnibus filiabus urbis meæ, quia mos erat mulierum flere.

52 Et omnis hic fletus fuit, quia ego ut volucris, captus fui.

53 Et positus fui in puteo, & posuerunt lapidem magnum super os putei: aut lapidem in me projecêre, ut scirent, an vivus essem.

54 Neque erat puteus vacuus, sed aquâ plenus.

55 Et si puteus propinquus fuisset, consolationem recepissem: at in profundo fuit.

d Bib. Bux. celo vocem ejus, sed coli vocem meam requirit loci scopus.

56 Scio tamen, quod tu O Deus audivisti vocem *d* meam, etsi in profundis sim.

57 Nam ab antiquo inveni te propinquum, quo tempore ad te clamavi.

58 Et multis vicibus contendisti mea causâ.

59 Quandoquidem vidisti tu perversitates, quas fecerunt e in me, recipe judicium meum.

60 Quod in corde eorum est: etiam verba illorum audies.

61 Cum sedeant, aut surgant, semper canunt de calamitate mea.

62 Secundum opera eorum (nam me puteo incluserunt) fac illis.

63 *Meghinnath lebh*] Occultationem in corde, ut non prævideant hæc, quæ in eos facturus es.

64 Persequere eos irâ tuâ, ut eos apprehendat, & perdat.

e *Bib. Bux. licac sine sensu pro li,cac in me, recipe.*

Caput Quartum.

Text. Heb.

1 QUomodo obscuratur aurum? *quomodo* mutatur aurum purissimum? *quomodo* diffunduntur lapides Sanctuarii in culmine omnium platearum?

Par. Chald.

Quomodo caligat aurum domus Sanctæ? *quomodo* mutatur splendor selectus palatiorum? *quomodo* effunduntur margaritæ sanctæ in capite omnium platearum?

Masora parva.

Ecah *quomodo* deciès septiès legitur. Jishua *mutatur* non extat alibi. Haccethem hattobh *aurum purissimum* non legitur nisi hoc loco. Tishtaphecua *diffunduntur* non reperitur alibi. Brosh *in capite* trigesiès quinquiès legitur.

Shel. Par.

Quomodo obscuratur aurum] Lamentatio hæc Josiæ causâ prolata fuit, sicut dicitur in libro *a* Chronicorum, *b* Annon scriptum est in libro Lamentationum? Et cum eo Lamentione ista reliquos filios Sionis conjunxit.

a *Sc. lib. 2. c. 35. v. 25.*
b *Locus mixtus* 2 Chron. 35. 25 & 2 Reg. 23. 28. *Memoriæ lapsus Rabbinis nimis familiaris est.*

Obscuratur

Obſcuratur] Caligat. Sicut interpres Chaldaicus *Lev.*13. 6. interpretatur Gnamah pro Chehah caligavit.

Aurum] Facies externa ſplendida ſicut aurum.

Mutatur] A colore ſuo alteratur.

Aurum inſigne] Univerſi paratus aurei delectabiles, qui ornamento inſerviunt, monilia vocantur.

Lapides ſanctitatis] Liberi qui ſplendent, ſicut lapides pretioſi. Et interpres myſticus ait, omnem diſtillationem ſanguinis qui exiit è Joſia è ſingulis ſagittis, quas in eum inflixere, Jeremiam ſepeliviſſe in loco ſuo :& idcirco exclamat ille, effunduntur lapides ſanctitatis.

Ab. Ezra.

Quomodo obſcuratur] Sunt qui dicant obſcuratur. *i. e.* obtenebratur. Interpretatio. Et ecce caligat plaga, *Lev.*13. 6. eſt obſcuratur plaga. At mihi videtur reſpondere illi loco, *c* non operuere eum. Eſtque juxta formam, *d* Panis Judac *comminuetur.*

c Ezech.31.8.
d Eſ.28.28.

Jiſhria *mutatur* eſt ex eadem radice cum ſhanim *amri.*

Text. Heb.

2. Quomodo pretioſi filii Sionis auro nitido æſtimandi vaſis teſtaceis ſimiles reputantur, operi manuum figuli?

Par. Chald.

Filii pretioſi Sionis quorum formæ ſimiles erant auro puro, quomodo populi polluti deſcendere fecerunt eos de lectis ſuis ut intoerentur eos, ut parerent uxores eorum filios pulchros juxta pulchritudinem illorum? At jam reputantur lagenis ſimiles teſtaceis operibus manuum figuli.

Maſora parva.

Hamſullaim æſtimandi non extat alibi. Ecah *quomodo* deciès ſeptiès legitur.

Shel. Jar.

Auro nitido æſtimandi] Laudati & æſtimati ſicut aurum nitidum. Videns eos dixit, aſpicite formam horum juxta colorem auri nitidi. Et ſic *e* auro Ophir taxari non poteſt, *f* Auro puro non raxatur *g* Extollite eum qui ſuper cœlos equitat. Hæc omnia laudem & æſtimationem ſignificant.

e Job 28. 16.
f Job 28.19.
g Pſal.68.4.

Vaſis teſtaceis] Cadis teſtaceis in quibus vinum ponunt, Sicut *h* lagenas vini. *i* Et lagenas eorum diffringent.

h 1 Sam.28.18.
i Jer.48.12.

Ab.

Ab. Ezra.

Aleph in Hamſullaim eſt pro He radicali, nam He quieſcens in medio dictionis non reperitur.

Text. Heb.

3 Etiam *l* Balænæ mammam extrahunt, catulos ſuos lactant: filia populi mei crudelis evaſit, ſicut ſtruthiocameli in deſerto.

l *Balænæ enim mammas habent, & catulos lactant. Vid. Plin. Nat. Hiſt. l. 9. c. 8. Delphini (inquit) pariunt catulos, nutriunt uberibus ſicut balæna.*

Par. Chald.

Etiam filiæ Iſraelis delicatæ filiis populorum, qui baſiliſcis ſimiles erant, mammas ſuas extraxere: & pueri congregationis populi mei traditi ſunt crudelibus, matres eorum quoque pro iis lugebant, ſicut ſtruthiocameli in eremo.

Maſora magna.

Tamim lege Tannim *Balænæ* mammam extrahunt. Eſt autem unum è ſeptem paribus, quæ ſcribuntur & non leguntur cum Nun. Et loca notantur in *m* 2 *Sam.* cap. 21.

m *Non eſt ibi hic locus ſed pro eo ſubſtituitur*, Job 38. 1. *At in Maſora Mag. in* 2 Chron. 11. *reperitur hic locus & ille Jobi omittitur. Hic ergo errat Maſora.*

Maſora parva.

Tamim lege Tannim. Cai guenim *ſicut ſtruthiocameli* diviſim ſcribitur, ſed conjunctim legitur.

Shal. Par.

Etiam Draco] De Draconibus interpretatur quia mentio fit de crudelitate in textu: at neſcimus utrum hi mammas habent, necne? quamvis ferum animal ſit.

Mammam extrahunt] Simulac videt filium ſuum procùl venientem famelicum, extrahit ubera ejus è receptaculo ſuo, quo leguntur ubera ejus, educit, inquam, ea è medio receptaculi, quamvis non videat ea filius utpote quæ tecta ſunt, & ſuper dorſum jacet, ſic catulos ſuos lactant.

Filia populi mei crudelis evaſit] Vident filios ſuos propter panem exclamantes, nec ullus eſt qui illis extendat, quia vita eorum illis charior eſt quàm vita filiorum præ vehementia famis.

Ab. Ezra.

Extrahunt] Sicut, *n* Et extrahet calceum ejus.

n Deut. 25. 9.

Text. Heb.

4. Hæret lingua ſugentis palato ejus præ ſiti: parvuli panem petiere, non erat, qui iis partiret.

Par.

Par. Chald.

Adhæsit lingua infantis palato ejus præ siccitate: parvuli panem petiverunt, non erat qui illis extenderet.

Masora parva.

Poresh *qui extenderet* bis legitur, semèl defectivè scriptum, & semèl plenè.

Ab. Ezra.

Leshon *lingua* est masc. & fœm. generis.

Qui partiret] Sicut, *o* dividere famelico. Est autem fructum panis fractum. *o* Es.58.7.

Text. Heb.

5. Qui delicias comedebant, in platæis desolati sunt: coccino educati stercoraria avidè amplectuntur.

Par. Chald.

Qui delicias priùs comederant, in platæis desolati sunt: qui colore coccineo *induti* crescebant, stercora amplexi sunt.

Masora magna.

Lemagnadhannim *delicias*, non extat alibi nisi hic, Comedentes delicias. At semèl legitur Magnadhannim *p* Et dabit, delicias *q* animæ tuæ. Nec extat *r* Mognadhah *festum solenne ejus*, nisi ubi dicitur, Et cessare faciam lætitiam ejus universam, Festa ejus &c. Nec lemognadhah *tempore suo* extat nisi eo loco, *t* Et observabis statutum hoc &c. *p* Prov.29.17. *q* *In lenaph sheca. Sed redundat nisi sit index Segol. in Fib. Lux.* *r* *Qui Magnadhannim & Mognadhah sono similia sunt, notam hanc addit Masora.*

Masora parva.

Lemagnadhannim non legitur nisi hoc loco. Hacmunim *educati* non extat alibi defectivè scriptum Chibbechu *avidè amplectuntur* bis extat.

Shel. Iar.

Coccino educati] Vestibus coloratis. Educati sc. sicut dicitur *u* Et educavit Hadassam. *s* Hos.2.11. *t* Exod.13.10. *u* Esth.2.7.

Stercoraria] Fimi aggeres: sedebant foris super sterquilinia.

Ab. Ezra.

Qui comedebant] Qui se oblectabant. *x* Exod.39.3.

Coccino] Sicut *x* coccino dibapho.

Text. Heb.

6. Et supplicium peccati filiæ populi mei maius est pœnâ peccati Sodomæ: quæ quasi momento subversa fuit, neque manserunt super eam manus.

Par.

Par. Chald.

Et multiplicatum est peccatum congregationis populi mei præ peccato Sodomæ, quæ subversa est quasi horâ : & non manserunt in ea prophetæ, qui prophetarent, ut illam reducerent per resipiscentiam.

Masora parva.

Hahaphucah *subversa fuit* non extat alibi, sed semèl legitur Haphucah. Raghang *momento* non legitur cum Camets nisi hoc loco.

Shel. Jar.

Et majus est supplicium &c.] Vindictam eorum super eos futuram arguit, quia maius fuit peccatum eorum quàm Sodomæ.

Quæ quasi momento subversa fuit] Ecce enim angustia Sodomæ protracta non fuit : quasi uno momento subversa fuit.

Neque manserunt super eam manus] Manus inimici, nam manibus angelorum subversa fuit. Hoc autem colligitur ab interpretibus mysticis, non est enim fundatum super sensum literalem.

Ab. Ezra.

Calu est è significatione Cajil *robur*. Et alii dicunt quod sit sicut, *y* In caput impiorum cum dolore irruet.

y Jer. 23. 19.

Text. Heb.

7. Nive puriores erant Nazaræi ejus, lacte candidiores : corpore rubebant vultu plùs quàm carbunculi, Saphiro politi erant.

Par. Chald.

Erant Naziræi ejus puri magìs quàm nix, lacte molliores erant : rubebant plùs quàm rubini, & sicut Saphirus erant vultus eorum.

Masora magna.

Zaccu *puri erant* tèr legitur, & loca notantur in *Iob* 15. Nezireha *Naziræi ejus* bis extat. Et loca sunt. Neque vindemiate uvas intermissarum vinearum ejus. *Lev.* 25. 11. Nive puriores erant Naziræi ejus, *Lam.* 4. 7. Mecalabh *lacte* tèr legitur. Et loca notantur in *Es.* 28.

Masora

Maſora parva.

Zaccu tèr extat. *Nezireha* bis legitur. Tſacu *candidi erant* non extat alibi. Adhmu *rubebant* non legitur niſi hoc loco. Gizratham *polities eorum* non alibi reperitur.

Shel. Iar.

Puri erant Naziræi ejus] *i. e.* Principes ejus, ſicut Nezer *corona.* At ego dico Naziræi ejus dicuntur ſimplicitèr qui comam eorum nutriebant, & eò formoſiores erant. Et reſpondet *Filiæ meæ* (verſu priore.)

Corpore præ carbunculis rubebant] Quorum vultus præ carbunculis rubebat, & polities eorum fuit ſicut Saphirus, aſpectus eorum carbonibus nigrior eſt.

z *Præ nigredine*] *i.e.* Carbone.

Gnetſem *corpore* ſignificationem habet aſpectus, ſicut, *a* & quemadmodum corpus cœli in puritate ſua. Couleur in lingua *b* idolatrica.

Ab. Ezra.

Præ nive & præ lacte] Res eadem duplicatur variis verbis. Et ſic Saphirus idem ſignificat quod carbunculi. Et ſic eſt ſenſus ejus. Præ in præ carbunculis trahit ſeipſum & alterum ſecum, ſicut A in à deo patris tui, *Gen.* 49.25. quaſi diceret, politi ſunt præ Saphiro. Sic pavimentum, *i. e.* quaſi pavimentum, *Exod.* 24. 10. ut teſtatur dictio præcedens, *Sicut opus.* Et *lapis* in loco altero, ſc. *Ezech.*1.36.

Text. Heb.

8. Forma eorum carbone nigrior eſt, in platæis agniti non fuere : cutis eorum oſſibus adhæſit, arida facta eſt ſicut lignum.

Par. Chald.

Obtenebratus eſt aſpectus eorum præ nigredine captivitatis, non ſunt cogniti in platæis : hæſit pellis eorum oſſibus, arida fuit ſicut lignum.

Maſora magna.

Caſhac *nigra eſt* quatèr legitur in ſignificatione tenebrarum. Et loca notantur in *Iob. c* 1.8.

Maſora parva.

Caſhac quatèr extat. Miſhſhechor *præ carbone* non extat *e* plenè ſcriptum. Tooram *forma eorum* non legitur alibi.

z *Tranſponuntur hæc verba è v. ſeq.*

a Exod. 24.10.

b *Vid. not. in c.* 1. *v.* 8.

c *Hoc eſt quod Græci vocant* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. *Senſus eſt præ repetendum eſſe è priore dict. Vt ab omnipotente in loco Gen. quia, A Deo præceſſit, & ſicut pavimentum in loco, Exod. quia ſicut opus præceſſit, quod. & ex Ezech patet, ubi lapis additur Saphiro. Indè probatur thronum non eſſe è Saphiro, ſed ſimilem Saphiro,*

d *In Bib. Eux. eſt.* 88. *pro* 18.

e *i. e. Cum Vau.*

phadh *adhæsit* non reperitur nisi in hoc loco. Cagnets *sicut lignum* tèr legitur.

Shel. Jar.

Adhæsit] Corrugata & conjuncta fuit. Non extat similis phrasis.

Ab. Ezra.

Præ carbone] Plus quam ipsa nigredo quæ ibi est.

Tsaphadh] Sicut dabhac adhæsit. Extat autem tantùm in hoc loco.

Text. Heb.

9. Occisi gladio statu meliore sunt, quàm occisi fame: nam diffluunt hi transfixi proventibus agrorum meorum.

Par. Chald.

Fœliciores erant interfecti gladio, quàm interfecti fame, quia illi gladio interfecti diffluxerunt: ubi hi transfixi fuerunt in ventribus eorum eò quòd ederunt de proventu terræ, & fame inflatorum venter cibo fractus est.

Masora magna.

Shehem *nam hi* bis legitur. Et loca sunt, superârunt me, *Cant.*6.5. Diffluunt transfixi. *Lam.*4.9. Jazubhu *diffluunt* & vajazubhu quatèr extant in hac significatione plenè scripta. Et loca sunt, Nam diffluunt hi transfixi, *Lam.*4.9. Ecce percussit rupem ita ut effluxerint, *Psal.*78.20. Aperuit rupem, & aquæ effluxerunt, *Psal.* 105.41. Et fidit rupem, & aquæ effluxere, *Es.*48.21. Hucusque sunt verba Masoræ. *f* Et in Masora posteriore traditur, Jazubhu bis legitur defectivè scriptum, at nullum locum adducit præter hunc. Nam diffluunt hi transfixi. Et in *Psal.*78. docemur ibi juxta sententiam Masoræ, Vaijazubhu bis plenè scribitur. Et docemur illos locos esse *Psal.*78. & *Psal.*105. Et sic traditur in omnibus libris uno excepto, ubi illud Esaiæ vaijazubhu plenè scribitur post, Et fidet rupem. Quod cum ita sit, nobis ideò dicendum est, quòd locus ille Esaiæ, & hic in hoc libro defectivè scribantur. Reverà enim in omnibus libris iste locus hujus libri defectivè scribitur. Et quod ad alterum attinet *Es. sc.* in uno libro *tantùm* invenimus, Tèr plenè scribitur. Et adducit illud, *Es.* & illa loca *Psal.* Hoc igitur cum ita sit, quod priùs dictum fuit in Masora, Quatèr plenè reperitur scriptum.

f Sequentia sunt verba Rab. Jacobi, ideoque virgulis superiùs notantur. vid. clavem. Mas. in עבר.

ſcriptum in hac ſignificatione, controverſiam magnam admittit.

Maſora parva.

Shehem bis legitur cum duobus accentibus. Jazubhu *g* tèr reperitur defectivè ſcriptum. Medhuccarim *transfixi* bis extat.

Shel. Jar.

Nam diffluunt hi transfixi, &c.] Interfecti fame inflati fuerunt odore proventuum terræ, quia hoſtes aſſabant carnem ſuper herbas extra murum, & odor collectus fuit in intimis eorum qui fame peribant, & venter eorum diffiſſus fuit, & fimus eorum effluxit, Et ecce hæc mors magis ſordida fuit, quàm mors eorum qui gladio periere.

Tranſſixi] Diffiſſi. Tam de inflatione famis, quàm de diſſectione gladii hæc vox uſurpatur *h*.

Ab. Ezra.

Nam diffluun hi] At illi transfixi ſunt.

Text. Heb.

10. Manus mulierum miſericordum natos ſuos coxerunt : fuere illis in cibum in fractione filiæ populi mei.

Par. Chald.

Manus mulierum quæ fuerant miſericordes in pauperes, coxere adoleſcentulos proprios : cibus eorum fuere in die confractionis, qua confracta fuit congregatio populi mei.

Maſora parva.

Racamanijoth *miſericordium* non extat. Lebharoth *in cibum* non extat alibi plenè ſcriptum.

Shel. Jar.

In cibum] In alimentum, ſicut, non comedit cum iis panem, 2 *Sam.* 12. 17. ut edere facerent Davidem, 2 *Sam.* 3.35.

Ab. Ezra.

Ad comedendum] Ex eadem radice cum *i*, ut edere facerent Davidem. Sunt autem è *l* duabus conjugationibus.

Text. Heb.

11. Conſummavit Dominus iram ejus, effudit æſtum indignationis ſuæ : & accendit ignem in Sione, & comedit fundamenta ejus.

g Maſora parva contraria eſt magnæ. Fortè neutra vera eſt. Vid. R. Jacob. in fine Maſ. mag.

h In Bib. Ven. par. nota eſt quam Eux. omiſit in hæc verba. E proventibus terræ] *E radicibus et herbis quas collegerunt fuit, multitudo fimi eorum et putrefactionis, ubi & dabh pro abh quo verbo utitur Shel. Jar. not. priore.*

i 2 Sam. 3.35. *l Vox una eſt in Cal. altera in Hiphil.*

Par. Chald.

Complevit Dominus iram ſuam, effudit ſuper Hieroſol. robur furoris ejus : & aſcendere fecit in flamma ignem in Sione, qui comedit fundamenta ejus.

Maſora parva.

Vaijatstſeth *& accendit* non extat alibi. Jeſodhotheha *fundamenta ejus* bis extat, ſemèl *m* defectivè ſcriptum, & ſemèl plenè.

m *i. e. Semèl ſine vau, & ſemel cum vau.*

Shel. Iar.

Conſummavit Dominus iram ejus] Quæ in eo tot annos arſit, nunc eam conſummavit vindictam de iis ſumens.

Ab. Ezra.

Confert iram igni.

Text Heb.

12. Non credidiſſent reges terræ & omnes habitatores orbis : quòd hoſtis aut adverſarius intra portas Hieroſol. veniret.

Par. Chald.

Non crediderunt regna terrena, & omnes habitatores mundi introiturum Nebuchadnezzarem impium, aut Nebuzaradanem hoſtem capitalem ad occidendum populum domus Iſraelis in portis Hieroſol.

Maſora parva.

Vecol *& omnes* lege col. Jabho *veniret* non extat alibi in hoc libro *n* defectivè ſcriptum. Veojebh *aut adverſarius* bis extat.

n *i. e. Sine vau.*

Ab. Ezra.

Orbis eſt locus mundi habitabilis.

Text. Heb.

13. Propter peccata prophetarum ejus, iniquitates ſacerdotum ejus : qui juſtorum ſanguinem in medio ejus fuderunt.

Par. Chald.

Reſpondit menſura judicij, & ſic dixit, Non evenit hoc omne niſi propter peccata prophetarum ejus, qui prophetiam falſam iis prædicabant, & ob iniquitates ſacerdotum ejus, qui aromatum ſuffitum idolis offerebant, & illi occaſionem effundendi

dendi ſanguinis juſtorum in medio ejus dederunt.

Shel. Jar.

Propter peccata prophetarum ejus] Falſorum ſc. evenit ei hoc malum. *Ab. Ezra.*

Sanguinem juſtorum] Sanguinem uniuſcujuſque juſti, Sicut, *o* In corde ſapientûm.

Text. Heb.

14. Cæci errabant in platæis, ſanguine polluti fuerunt: ita ut non potuerint tangere veſtimenta eorum homines.

o *Memoriæ lapſus. Locus mixtus e* Prov. 14.13. & Eccl. 7.4.

Par. Chald

Diſſipati ſunt cæci in platæis, inquinati fuerunt ſanguine occiſorum gladio: & quia non potuerunt videre, veſtimentis illorum appropinquabant.

Maſora parva.

Neghoalu *polluti fuerunt* bis legitur. Bilbuſhehem *veſtimenta eorum* non extat alibi *p* defectivè ſcriptum.

Shel. Jar.

p i.e. *Sine vau.*

cæci errabant in platæis] Quando cæci ambulavere in platæa, errabant, & pedes eorum dimiſſi ſunt in ſanguinem interfectorum, quos impii interfecerunt in medio *q* ejus.

Sanguine polluti fuerunt] Inquinati fuerunt ſanguine, ita ut non potuerint appropinquantes iis tangere veſtimenta illorum, ſed exclamaverunt ad eos, diſcedite à nobis vos impuri ſanguine inquinata.

q *Civitatis ſc.*

Ab. Ezra.

Cæci] Sint cæci. Et ſic, *r* Ignis conſumens eſt.

r Deut. 4.24.

Neghoalu *polluti fuerunt*] Verbum compoſitum è conjugatione Niphal, & conjugatione, *ſ* quæ paſſionem indicat non commemorato agente.

ſed non eſt ibi ocheleth, ſed ocblah.

ſ i.e. *Pual. vid. Gram. Aven. et Bux. in conjug. Pual.*

Text. Heb.

15. Proclamavere iis, Diſcedite, impurum eſt, diſcedite, diſcedite, nolite tangere, ideoque avolârunt & errârunt: dixerunt inter Gentes, non commorabuntur ampliùs.

Par. Chald.

Clamabant populi, Recedite ab ea quæ polluta eſt, diſcedite, diſcedite, nolite appropinquare iis, nam contentioſi ſunt & diſſipati dixerunt cum fuerant in proſperitate eorum, quòd inter Gentes nunquam iterum habitarent.

Masora parva.

Natsu *avolârunt* non extat alibi. Iosiphu *addent* quatèr extat *t* sic scriptum.

t Cum vau et sine Jod.

Shel. Jar.

Ideoque avolârunt] Natsu hic usurpatur in significatione fætoris & pollutionis, sicut, *u* ingluviem cum excrementis ejus. Quod interpres Chaldaicus reddit, cum stercore ejus. Sic transtulit illud Menachem.

u Lev. 1. 16.

Et errârunt] In sanguine sunt præcipitati.

Ab. Ezra.

Discedite] Gens polluta.

Evolârunt] Sunt iis pennæ sicut volucri. Et sic, Avolando exeat, *Ier.* 48. 9.

Text. Heb.

16. Facies Domini divisit eos, non respiciet eos amplius: facies sacerdotum non respexere, seniorum miserti non sunt.

Par. Chald.

A coram facie Domini divisi sunt, non aspiciet eos amplius: idcirco Gentes improbæ facies sacerdotum non respiciebant, neque Seniorum miserti sunt.

Masora parva.

Chillecham *divisit eos* non extat alibi. Zechenim *seniorum* lege Uzchenim *& seniorum.*

Shel. Jar.

Iacies Jehova divisit eos] Facies irata Sancti benedicti Dei divisit & dispersit eos inter Gentes, propterea quòd non respexere facies sacerdotum, cum prosperitate fruerentur.

Ab. Ezra.

Facies Domini] Indignationis; nam in facie discernitur, sicut, *x* Et vultus ejus non fuit ei ampliùs *tristis.*

x 1 Sam. 1. 18.

Text. Heb.

17. Adhuc nos sc. oculi nostri consumuntur ob auxilium nostrum vanum: in speculatione nostra speculamur versus Gentem non servaturam.

y Melius in utroque loco in Bib. Ven. par. lenucrae à peregrinis. Quid enim prima templi vastatio ad Romanos? Bib. Reg. contemplaremur Idumæos.

Par. Chald.

Adhùc consumuntur oculi nostri expectando auxilium nostrum, quod speravimus à *y* Romanis. Et conversum est nobis in vanitatem in specula nostra, quod Romanos expectavimus populum sc. non liberaturum.

Masora

Masora magna.

Gnodenuh *adhuc nos* lege Gnodhenu. Est autem vnum è quatuordecim verbis scriptis cum He in fine, & lectis cum Vau. Et loca sunt. Iicrecuh, Non facient calvitiem in capite suo, *Levit.*21.5. Shaphcuh, Manus nostræ sanguinem hunc non fuderunt, *Deut.*21.7. z Nishberuh, Fracta fuerunt naves in Ezion Gaber, 1 *Reg.* 22.48. Gnaluh, Tempore illo ascenderunt servi Nebuchadnezzaris, 2 *Reg.* 24.10. Nitstsethuh, urbes ejus combustæ sine habitatore sunt, *Ier.*2.15. Hajuh, oves perditæ fuerunt populus meus, *Ier.*50.7. Noshabhuh, Sic enim dicit Dominus domui regis Jehudæ, Gilead, *Ier.*22.6. Jiznuh, Tum dixi ei quæ in adulteriis consenuerat, *Ezech.*23.43. Jihiuh, Et faciam eos Gentem unam, *Ezech.*37.22. Shamemuh, *a* Et scies quòd ego audiverim, *Ezech.*35.12. Shuppecuh, quod ad me attinet, pedes mei ferè collapsi fuerant, *Psal.* 73.2. Comarmeruh, Facies mea fletu sordida facta est, *Iob* 16.16. Gnodhenuh, Adhùc nos, sc. oculi nostri consumuntur ob, *Lam.*4.17. Shaluh, A me igitur decretum fit, quod omnis populus, *Dan.*3.29.

z *Deest Nishberuh loco citato præponendum in Bib. Eux. Vt in cæteris locis citatis fit.*

a *Vidhangti in Bib. Eux. pro vidhangta. Sciam pro scies.*

Masora parva.

Gnodhenuh, lege Gnodhenu. Betsippijathenu *in speculatione nostra* non extat alibi. Joshiang *servaturum* bis extat *b* sic scriptum.

b *Sine Jod.*

Shel. Iar.

Adhuc nos, sc. oculi nostri consumuntur ob auxilium nostrum vanum] Simulàc malum in nos venit, hucusque oculi nostri vigilabant expectantes exercitum Pharaonis sicut dicitur de illis, *c* Et Ægyptij vanitas sunt, & frustra auxiliantur. Quia nos auxilium sperare fecerunt, & non venerunt. Quemadmodum dicitur de iis, *d* Ecce exercitus Pharaonis q ui exiit in auxilium vestrum redibit in terram suam, in Ægyptum. Invenimus in allegorica interpretatione libri Lamentationum quòd navibus venerunt. Indicavit autem sanctus benedictus Deus mari, & ostendit coram iis utres inflatos, quasi è visceribus humanis fuissent in mari moventes. Dixit autem alter alteri, Hi utres sunt patres nostri homines Ægyptij, qui in æquore obruti fuerunt propter iram eorum in Judæos istos, & nos eximus in auxilium eorum? Astiterunt, & retroversi sunt.

c Es. 30.7.

d Jer. 37.7.

Specu-

Speculati ſumus] Expectavimus.

Ab. Ezra.

Betſippijathenu non habemus formam ſimilem,

Text. Heb.

18. Venantur greſſus noſtros ita ut non poſſimus incedere in platæis noſtris : appropinquavit finis noſter, impleti ſunt dies noſtri, quia finis noſtri venit.

Par. Chald.

Illi vaſtant ſemitam noſtram, ita ut in platæis noſtris confidentèr ire nequeamus : diximus, propè eſt finis noſter, impleti ſunt dies noſtri, quia pervenit concluſio noſtra.

Maſora parva.

e Exod.21.13. Tſegnedhenu *greſſus noſtros* non extat alibi. Chitſenu *finis*
f 1 Sam.24.11. *noſter* bis extat, idque ſic ſcriptum,& in hoc ipſo verſu.

Shel. Iar.

Venantur greſſus noſtros] Adverſarij noſtri greſſibus noſtris inſidias ſtruxere, ne iremus in platæis noſtris, ſicut, *e* Et qui non inſidiatur. *f* Tu tamen venaris animam meam.

Ab. Ezra.

Quaſi venantur greſſus noſtros.

Text. Heb.

19. Leves fuerunt perſecutores noſtri præ aquilis cœli:ſuper monte nos proſecuti ſunt, in deſerto nobis inſidiati ſunt.

Par. Chald.

Veloces fuere perſecutores noſtri plus quàm aquilæ cœli : proſecuti ſunt nos ſuper montes, in deſerto nobis inſidiati
g Gen.31.36. ſunt.

Maſora parva.

Delacunu *proſecuti ſunt nos* non legitur niſi hoc loco.

Ab. Ezra.

Et ſic dicit, proſecuti ſunt nos, ſicut, *g* quòd me proſecutus es.

Text. Heb.

20. Spiritus narium noſtrarum, unctus Jehovæ captus fuit in foſſis eorum : de quo diximus, in umbra ejus inter Gentes vivemus.

h *Meſſias. Rib.* *Par. Chald.*
Reg. Rex *h* Joſias, qui dilectus nobis fuit, ſicut flatus ſpiritus vi-

tæ

tæ, qui in naribus noſtris eſt, & unctus fuerat oleo unctionis Domini, captus eſt in rete foſſarum Ægyptiacorum : de quo diximus, in umbra juſtitiæ ejus inter populum vivemus.

Maſora parva.

Meſhiac *unctus* non ſcribitur hic plenè, neque in libris Samuelis ubi ſemper ſcribitur, *i* ſicut in hoc loco, excepto uno loco, *l* quaſi unctus *m* non fuiſſet oleo.

Shel Iar.

Unctus Jehovæ] Is fuit Joſiah, ſicut dicitur in libro Chron. *n*Et lamentatus eſt Jeremiah propter Joſiam.

In foſſis eorum] In foveis quas foderunt.

Ab. Ezra.

In foſſis eorum] Quemadmodum, *o* in foſſa eorum captus fuit.

Text. Heb.

21. Gaude & lætare filia Idumææ habitans in terra Uz : etiam ſuper te tranſibit calix, inebriaberis, & nudabis te.

Par. Chald.

Gaude & exulta *p* filia Edomi, quæ ædificata es in terra *q* Uz è populis multis : etiam ſuper te ventura eſt vindicta & vaſtabunt te *r* Parcævæi, & ſuper te tranſibit poculum maledictionis,, inebriaberis & evomes.

Maſora parva.

Joſhebhethi *habitans* lege Ioſhebheth. Beerets Gnuts *in terra Uz* ter legitur. Tiſhcheri *inebriaberis* non extat alibi. Vethitbgnari *& nudabis te* non legitur niſi hoc loco.

Shel. Iar.

ſGaude & lætare] Pro tempore præſenti.

Filia Idumææ] Prophetatur Jeremiah de deſolatione domus ſecundæ quam Romani deſtructuri eſſent.

Etiam ſuper te] Luge finem tuum, quia etiam ſuper te tranſibit calix vindictæ, & eo inebriaberis.

Et nudabis te] Et evomes, ſicut & evacuavit hydriam ſuam, *Gen.*24.20.

Ab. Ezra.

Uz] Duo loca ſunt ſic appellata, & utraque in Syria.

Text. Heb.

22. Conſummata eſt pœna tua filia Sionis, non adducet te

i *Se. cum Sheva ſub Mem.*
l 2 Sam. 1. 21.
m *Beli in Bib. Pux. falsò notatur cum virgula ac ſi eſſet beliſhan in ſignificatione: eſt enim pars loci citati.*
n 2 Chron. 35. 25.
o Ezech. 19. 4.
p *Conſtantinopolis urbs Idumææ impiæ. Bib. Ven. mag. edit. 2.*
q *Armeniæ è populis multis ex Idumææ populo prodeuntibus. Bib. Ven. mag. ed. 2.*
r *Fortè Perſæ quod ſequitur R. prox. &* בר *coniunctæ faciunt Samec.*
ס *Sic.* ביחן *pro* סחן. *in Shel. Jar. c. 3. v. 45. vel Africani, vel effractores: vide Parchevi ſine* א *legitur in Targ. Feruſh. Gen. 10. 3.*
ſ *Hæc verba in Pux. Bib. Ven. Par. In Bib. com Plut. Perſæ ſunt ante, Luge finem & recte, nam ibi exponuntur per ironiam.*

te in captivitatem ampliùs : visitabit iniquitatem tuam filia Idumææ, peccata tua planè revelabit.

Par. Chald.

Et posteà finem tribuet iniquitati tuæ congregatio Sionis, & per manum Messiæ liberata eris, & Eliæ Sacerdotis Magni, nec abducet ampliùs te captivam Dominus : & in eo ipso tempore visitabo iniquitatem tuam *t* filia Edomi, & venient Persæ & affligent te, & vastabunt te, quia revelata sunt coram Domini delicta tua.

t Roma impia ædificata in Italia, & populis plena é filiis Idumææ ortis. Bib. Ven. Mag. Ed. 2.

Masora parva.

Lehaghlothec *captivam ducere te* non extat alibi. Catothajic *peccata tua* septies legitur *u* defectivè scriptum.

u i.e. Sine Vau.

Shel. Iar.

Consummata est pœna tua filia Sionis] Vapulâsti propter omnia peccata tua.

Non adducet te in captivitatem ampliùs] A captivitate Idumææ in perpetuum.

Ab. Ezra.

Non addet] Cohæret cum, *pœna tua*, & cum eo *x* redit, *visitabit*. Aut redit ad, *Dominus*, cujus meminit versus incipiens, *Spiritus* narium nostrarum.

x i. e. Cohæret quoque. In Bib. Bux est vashubh pro jashubh.

Interpretatio sensus cujusque versiculi.

1 *Quomodò obscuratur*] Quomodò despicitur aurum ? & simile est aliis vocabulis, quæ sunt sex.

y Sc. Chethem hoc. v. pax. v. 2. Charuts. Prov. 8.10. Ophir & batser Job 22.24. Segor. Iob. 28.15.

Aurum purum] Monile rotundum. Est autem hæc parabola, quæ v. seq. exponitur.

2. *Auro nitido*] Lapidibus pretiosis. Sunt tamen qui dicant, quòd significet argentum, at *locus ille z* aurum solidatum, *a* redarguit eos.

Hæ sex voces aurum significant præter Zahabh, quæ è numero illo in hac nota eximitur. z 1 Reg. 10.18. a Cachash apud Rab. in Hiphil est redarguere.

3 Dracones mares accipiunt mammam femellarum, & lactant catulos earum : at filia populi mei hoc non facit. At sunt qui dicant, Etiam Dracones extrahunt mammam ovium femellarum, & lactant catulos suos.

4. Lac sugenti est instar panis & aquæ. Et paruuli sugentibus majores sunt, sicut racemi vitis.

5. *Desolatæ sunt*] Publicè vastati sunt : quicunque vidit eos obstupescebat : Stercoraria avidè amplectuntur quia projecti fuere

fuere ſicut ſimus, nec erat qui *eos* ſepeliret.

6 Reperitur peccatum & reatus in ſignificatione deſolationis, cujus ſenſus eſt merces iniquitatis, & peccati. Eſt autem merces mala, & appellatur fortuna mala. Et ſic, *b* quia iniquitas Amorrhæi adhùc plena non eſt. *c* Non eveniet tibi malum ob hanc rem. *d* Major eſt iniquitas mea, quàm ut ferri poſſit. Et hoc teſtatur verſus proximus. Et ſenſus eſt, Malum quod Iſraeli contigit, majus fuiſſe malo Sodomæ, quæ ſubverſa fuit quaſi momento. Neque fuêre manus in exercitu ullo tempore, quia vires iis defuêre. Aut ſenſus eſt, Neque manſerunt ſuper eam manus, ſicut, *e* Maneat ſuper caput Joabi.

b Gen.15.16.
c 1 Sam.28.10.
d Gen.4.13.
e 2 Sam.3.29.

7 *Puri erant Naziræi ejus*] In diebus ſaturitatis.

8 *Obtenebrata eſt forma eorum*] In fame.

9. Transfoſſi qui ſanguine fluebant è proventibus terræ, quibus ſaturati fuerant, meliores erant iis, qui fame occiſi erant.

10. Fœminæ miſericordes crudeles factæ fuerunt præ famis violentia.

11 Et fames in corpore igni ſimilis eſt, qui ardet & ad ſubſtantiæ fundamentum accedit.

12. Et propter famem venit hoſtis in Hieroſolyma.

f Pſal.78.58. *Niſi ſit memoriæ lapſus pro* Pſal. 106.28. *ob argumenti ſimilitudinem.*

13 Propter peccatum prophetarum Baalis, & ſacerdotum locorum excelſorum occiſi fuerunt ſancti juxta *f* verba Aſaphi.

14. Et viventes errabant in platæis, quaſi cæci eſſent, & ſanguine interfectorum polluti erant, ita ut non potuerint appropinquantes attingere veſtes eorum. Venit autem *g* verbum poſt aliud, & ſenſus eſt potuerunt ut tangerent. Et ſic, *h* ſciemus *ut* proſequamur.

g *Senſus eſt, in textu eſt, non potuerunt, tetigerunt, i.e. tangere.*
h Hoſ.6.3.

15 Clamabant de ſe, diſcedite, ſicut impurus *ſolet*, *Num.* 13.45. At *i* prior interpretatio recta eſt. Et defecti: locus eſt ſc. clamantes *l* proclamavêre, & dixerunt inter Gentes eos nunquam redituros in patriam ſuam ad habitandum ibi ut priùs.

i *Sc. è v. priore petita. Alii qui eos tangere noluerunt clamabant, diſcedite; vel prior expoſitio, quam in textum dederat. vid.not. in cap. 5.v.18.*

Quia ira Dei diviſit eos in terras, neque reſpiciet eos ampliùs, quemadmodum reſpexit, *Neh.*9.28. Et clamaverunt ad te, &c. Ideoque non doluit iis vindictam ſumere de ſenioribus & ſacerdotibus.

17. Nos tamen adhuc ſperamus Ægyptios & Aſſyrios in auxilium noſtrum venturos.

18 At illi non venerunt, niſi ad vaſtandum nos, nam in plateis noſtris nos vaſtavêre. Appropinquat etiam finis noſter, quia impleti ſunt dies noſtri qui in ſalutem noſtram *deſtinati ſunt*, & venit finis, captivitas ſc. noſtra.

19 Nec potuimus fugere.

20 Sunt qui dicant Jeremiam Joſiæ cauſâ lamentatum
m 2 Chron. 35. 25. fuiſſe, & ratio cur dicant eſt *quia ſcriptum eſt*, m Et ecce ſcripta ſunt in lamentationibus. At hoc non eſt rectum, nam anguſtiæ poſt mortem Joſiæ venerunt: at hic dicit, finitum eſt ſupplicium peccati tui. Mihi veriſimilius videtur eum de Zedechia locutum fuiſſe, quem Hieroſol. præfecit Rex Babelis, ille autem in ultima captivitate fuit.

21 *Gaude*] Juxta ſenſum ejus loci, Lætare O juvenis
n *Senſum non verba Eccleſ. citat. c. 11. v. 9.* in juventute tua, quòd n in fine in judicium venturus ſis. Et ſenſus eſt, quòd Idumæa Judææ ſubjecta fuerat, & *nihilominùs* in die ruinæ eorum lætata eſt, Et ſic *dicitur*, o Re-
o Pſal. 137. 7. cordare Domine filiorum Edom in die Hieroſol. qui *Babyloniis* dixere. Diruite, diruite *eam* uſque ad fundamentum
p Gen. 9. 21. ejus. Et nudabis.

te] Juxta illud, p Et ebrius fuit, & nudavit ſe.

Caput

a *Caput Quintum.*

a *Non eſt paraphraſis Ab. Ez. in hoc cap. nec ordo Alphab. ut in prioribus, nec Athna in toto cap. ſicut nec in tertio fuit Athna, vid. not. in init. cap. 3.*

Text. Heb.

1. REcordare Domine quid nobis contigit, conſidera & intuere opprobrium noſtrum.

Par. Chald.

Meroraño Domine quid decretum ſit, ut nobis eveniat, aſpice è cælis, *b* & vide opprobrium noſtrum.

b *In Bib. Bux. eſt Techezi pro Vechezi.*

Maſora magna.

Habbita *conſidera* ſic ſcribitur, ſed legitur, Habbitah *conſira* & intuere opprobrium noſtrum. Eſt autem unum è viginti novem verbis quibus deeſt He in fine dictionis, quod nihilominùs legitur. Et loca eorum notantur in Maſora magna in ordine literæ He *c* in fine libri.

c *Vid. not. in cap. 2. v. 4.*

Maſora parva.

Habbita, lege Habbitah.

Ab. Ezra.

Recordare] Recordatio cordis eſt, viſio oculi. Et ſenſus eſt, omnem anguſtiam quæ in nos tranſiit ante captivitatem, & opprobium quo *jam* premimur.

Text. Heb.

2. Hæreditas noſtra peregrinis converſa eſt, domus noſtra alienigenis.

Par. Chald.

Poſſeſſio noſtra profanis converſa eſt, domus noſtra populis peregrinis.

d *Sc. hæreditas noſtra.*

Ab. Ezra.

Hæreditas noſtra] Agri & vineæ. *d* Tradita eſt peregrinis, qui ſunt in terra noſtra.

Text. Heb.

3. Pupilli ſumus patre orbati, matres noſtræ viduis ſimiles ſunt.

Par. Chald.

Similes ſumus pupillis, quibus non eſt pater, matres noſtræ ſicut viduæ ſunt, quarum mariti in urbes maritimas abiêre, & dubitant de iis an vivi ſint necne.

Maſora parva.

En *non* lege veên *& non.*

Ab. Ezra.

Pupilli] Prætereà ſumus inter peregrinos, ac ſi pupilli fuiſſemus patre deſtituti : notum eſt enim morem eſſe familiæ paternæ pupillis auxilium ferre.

Text. Heb.

4. Aquas noſtras argento bibimus, ligna noſtra pretio venerunt.

Par. Chald.

Aquas noſtras argento bibimus, ligna noſtra pretio venerunt.

Maſora magna.

Becheſeph *argento* quindeciès *e* lene legitur. Et loca notantur in *Ioſh. cap.* 22.

Maſora parva.

Becheſeph quindecies lene legitur.

Shel. Jar.

Aquas noſtras argento bibimus] Quia timuimus *f* haurire aquas è fluvio præ metu hoſtium, ideoque ab iis argento emimus.

Ab. Ezra

Aquas noſtras] Etiam aquas & ligna, quæ in hominis poteſtate non ſunt, pretio magno emimus, quia civitas obſeſſa ab hoſte manſit.

Text. Heb.

5 Super colla noſtra perſecutionem patimur, fatigati ſumus, nec quietem obtinemus.

Par. Chald.

Super cervicem colli noſtri onerati fuimus, quando in captivitatem ivimus, vidit Nebuchadnezzar impius principes filiorum Iſraelis, qui vacui abiêre : juſſit conſuere libros legis, & facere ſaccos ex iis, ut implerent eos lapillis, qui ſunt in littore Euphratis, & colla eorum iis onerarent, eo tempore laboravimus, requiem nullam habuimus.

Nirdaph-

e i.e. Becheſeph, non baccheſeph.

f In Bib. Bux. eſt limobh pro liſhobh hauvire & ſhiphne pro miphne præ metu i.e. Mem ubi debuit eſſe Shin. & contrâ.

Masora parva.

Nirdaphnu *persecutionem patimur* non extat alibi cum pausa Zaceph, & vocali Camets. Lo *non* lege velo *& non.* Hunac *equies fuit* non legitur nisi hoc loco.

Shel. Iar.

Super colla nostra persecutionem patimur] jugo servitutis duræ.

Laboramus] Ad comparandum alimentum & opes.

Neque quiescebat nobis] Labor noster in manibus nostris, quia inimici colligebant, & auferebant omnia tributis, censibus, & vectigalibus.

Ab. Ezra.

Super] Et si nos aquam aut ligna super collum nostrum adduximus, persecutionem passi sumus: hostis nos persecutus est, & frustrà laboravimus, quia non mansit apud nos illud quod adduximus.

Text. Heb.

6. Ægyptiis dedimus manum, Assyriis: ut pane satiemur.

Par. Chald.

Ægyptiis latus dedimus, ut illic cibaremur, Assyrii ut pane saturaremur.

Masora magna.

Mitsrajim *Ægyptiis* tèr legitur in initio versiculi. Et loca sunt, Ægyptus *g* in desolationem erit, *Ioel.* 3. 19. Ægyptus fluvii more ascendet, *Ier.* 46. 8. Ægyptiis manum dedimus, *Lam.* 5. 6. Nathannu *dedimus* quatèr legitur cum Daggesh. Et loca notantur in *Ezech.* 27.

Masora parva.

Nathannu quatèr extat. Lishoang *ut satiemur* bis reperitur.

Shel. Iar.

Ægyptiis manum dedimus] Mos est hominis cadentis, & stare volentis, ut manum suam porrigat illi, qui proximus est, ut ei opem ferat. Sic etiam nos Ægyptiis manum porreximus, ut nobis opitularentur, & Assyriis ut nos pane eorum saturarent. Nathannu cum Daggesh pro Nethannu cum duplici Nun, Daggesh enim est in Nun servili vice Nun alterius. Et sic, *h* à te sunt omnia, & è manu tua tibi dedimus. Similitèr

g *In Bib. Eux. est Shammah: in Ioele est lishmamah.*

h 1 Chron. 29. 14.

i Gen. 34. 16.

militèr, *i* Tunc dabimus noſtras vobis.

Ab. Ezra.

Ægyptiis manum dedimus] Daggeſſatio literæ Nun in voce Nethannu eſt pro Nun radicali, nam iſte Nun ſignum eſt perſ. primæ plur, Et manum dare eſt ſignum juramenti. *l* Et ecce dederat manum ejus. Et ſenſus eſt juxta *m* percuſſionem manus. Juraverunt enim hi Ægyptiis & Aſſyriis. Et *n* fortè juravit *Zedechiah*.

l Ezech.17.18.

m Prov.6.1.

n *Certum eſt. vid.* Ezech.17.13.18.

Text. Heb.

7. Patres noſtri peccavêre, & non ſunt, nos autem iniquitates eorum portavimus.

Par. Chald.

Patres noſtri deliquerunt, & non ſunt in mundo, & nos poſt eos iniquitatem eorum ſuſtinemus.

Maſora parva.

Enam *non ſunt*, lege veênam, *& non ſunt*. Anacnu *nos*, lege veanacnu *& nos*.

Ab. Ezra.

Patres noſtri] Hoc malum ſuper nos venit propter peccata noſtra, quæ conjuncta ſunt peccatis patrum noſtrorum. At illi evaſêre, non autem nos. Juxta ſenſum illius loci, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, *Exod* 20.5.

Text. Heb.

8. Servi in nos dominantur, non eſt qui liberet è manu eorum.

Par. Chald.

o Filii Chami qui dati ſunt pro ſervis filiis Shemi illi in nos dominantur, non eſt qui liberet è manu illorum.

Maſora parva.

Porec *liberans* bis reperitur.

Ab. Ezra.

Servi] Et ſervi noſtri tributum nobis impoſuêre, ſicut Idumæi, in nos dominantur.

Et liberator] *i. e.* Vindicator. *p* Et vindicavit nos ab hoſtibus noſtris. Sunt autem utraque è radice, *q* Lacerans montes.

o *Joannes quinquarboreus malè tranſtulit Scelerati homines qui peregrini ſervierant viris præclaris, dominati ſunt nobis. Nominum ſc. Shemi & Chami oblitus, & maledictionis*, Gen. 9.25.

p Pſal.136.24.

q 1 Reg.19.11.

Text. Heb.

9. Panem noſtrum attulimus *periculo* vitæ noſtræ propter gladium deſerti.

Periculo

Par. Chalà.

Periculo vitæ noſtræ adduximus panem quo veſceremur propter præſentiam occiſionis à gladio qui venit è latere deſerti.

Maſora magna.

Lacmenu *panem noſtrum* quatèr extat. Et loca ſunt, Tantummodo in Dominum rebelles ne eſtote, *Num.* 14. 9. Hunc panem noſtrum calidum accepimus in cibum noſtrum, *Joſh.* 9, 12. Panem noſtrum comedemus, & veſtes noſtras induemus, *Eſ.* 4. 1. Panem noſtrum *periculo* vitæ noſtræ attulimus, *Lam.* 5. 9.

Maſora parva.

Lacmenu quatèr legitur.

Shel. Iar.

Panem noſtrum attulimus vitâ noſtra] i. e. Cum periculo vitæ noſtræ. Periclitati ſumus quando attulimus alimenta noſtra ex agro propter gladium deſerti.

Ab. Ezra.

Vitâ noſtrâ] Priùs ſolebant ſervi noſtri panem noſtrum afferre, at nunc nos ipſi in perſonis propriis. Et mihi rectum videtur, ut ſenſus ſit, cum periculo vitæ noſtræ. Et ſic, *r* quia cum *periculo* vitæ eorum attulerunt eum. *r* 1 Chron. 11. 19.

Text. Heb.

10. Pellis uniuſcujuſque noſtri atrata eſt, ſicut furnus atrata fuit propter terrores famis.

Par. Chald.

Pellis noſtra uniuſcujuſque atrata eſt, ſicut furnus præ anguſtia famis.

Maſora parva.

Gnorenu *pellis noſtra* non extat alibi. Chethannur *ſicut furnus* non reperitur niſi hoc loco. Nicmaru *atratæ ſunt* non legitur alibi. Zalgnaphoth *terrores* hic tantùm habetur.

Shel. Iar.

Atratæ ſunt] calidæ factæ ſunt. Et ſic, *ſ* quia æſtuabant viſcera ejus. Et in phraſi Talmudica, Calor uvarum multo major eſt quàm calor carnis. *ſ* Gen. 43. 30.

Terroris famis] Sicut, *t* & ventus terrorum. In ſignificatione conflagrationis. *t* Pſal. 11. 6.

Ab. Ezra.

Pellis noſtra] Et ſi non periclitaremur panem afferentes, fame moreremur. Et, Atratæ ſunt. *i. e.* combuſtæ ſunt,& atræ factæ. Et Atratæ ſunt eſt ſicut, *u* quia æſtuabant viſcera ejus.

u Gen. 43. 30.

Terrores] Sicut, *x* & ventus terrorum, In ſenſu turbinis.

x Pſal. 11. 6.

Text Heb.

11. Mulieres in Sione humiliabant, virgines *y* in civitatibus Judææ.

y In Bib. Pux. eſt begudhe pro begnare.

Par. Chald.

Mulieres quæ maritis traditæ fuerunt in Sione à *z* peregrinis humiliatæ ſunt, & virgines in urbibus Judaicis à Chaldæis.

z Romxuis Bib. Ven. mag. et Bib. Reg. ſed malè, quia de malis loquitur præteritis.

Maſora parva.

Bethuloth *virgines* non extat, *a* omninò defectivè ſcriptum.

a i. e. Sine utroque vau.

Ab. Ezra.

Mulieres] Non ſufficiens fuit famis anguſtia, niſi & ſervi uxores noſtras humiliarent. Omnis autem concubitus violentus, qui fit juxta morem *b* naturalem dicitur humiliatio.

b i. e. Viri fœminam polluentis, non virum aut brutum. Alia enim nomina ea peccata habent.

Text. Heb.

12. Principes manu iſtorum ſuſpenſi fuerunt, facies Seniorum inhonoratæ fuerunt.

Par. Chald.

Magnates manibus eorum ſuſpenſi fuerunt, vultus ſeniorum non reſpiciebant.

Ab. Ezra.

Principes] non ſunt nobis principes, qui uxores noſtras ſervarent, nam ipſi quoque brachio eorum ſuſpenſi ſunt. Sunt tamen qui dicant. quòd *Manu eorum* cohæret cum *Servide* quibus mentio priùs facta fuit.

Text. Heb.

13. Juvenes ad molendum ceperunt, & pueri ſub ligno impegerunt.

Par. Chald.

Juvenes molam movebant, & pueri patibulo ligneo corrucebant.

Maſora.

Masora magna.

Techon *ad molendum.* Non extat alibi. Juvenes ad molendum ceperunt. Unum est ex Alphabeto ubi tria sunt in una significatione. Unum in lege, alterum in prophetis, tertium in hagiographis. Et loca eorum notantur in Masora magna in ordine literæ Aleph in *c* fine libri.

c Vid. not. in cap. 2. v. 4.

Masora parva.

Techon non legitur alibi. Unum est ex Alphabeto trium verborum in una significatione, quorum primum est in lege, secundum in prophetis, tertium in hagiographis. Begnets *sub ligno* bis extat. In altero loco est ullum viride inter arbores, *Exod.* 10. 15.

Sbel Iar.

Ad molendum ceperunt] Quando hostes eos collaribus cinctos incedere fecerant, super humeros eorum posuere molas & onera ut fatigarent eos. Et sic in ligno ceciderunt, *i. e.* cecidit robur eorum, & phrasis cadendi incidit in debilitatem virium. Sicut dicitur. *d* Et dixit Jehudah, cecidit robur onera portantium. Et sic, *e* Cadere fecit robur meum.

d Neh. 4. 10.
e Lam. 1. 14.

Ab. Ezra.

Iuvenes ad molendum ceperunt] Est autem *molere* Gerundium sicut *f* Defessus sum ferendo. Et cecidit robur juvenum movendo ligna molæ. Sunt autem qui illud interpretentur juxta sensum ejus literalem, quòd totus exercitus molere & ligna ferre coactus sit.

f Es. 1. 14.

Text. Heb.

14. Seniores è porta cessârunt, juniores à melodia sua.

Par. Chald.

Seniores è porta Synedriorum cessârunt, & juvenes è domo canticorum suorum.

Masora parva.

Shabbathu *cessârunt* non extat alibi. Minneghinatham *à melodia sua* non legitur alibi.

Ab. Ezra.

Seniores] Mos eorum fuit sedere in portis Hierosol.

Text. Heb.

15. Lætitia cordis nostri cessavit, saltatio nostra in luctum conversa est.

Par. Chald.

Cessavit gaudium cordis nostri, chorus noster in luctum conversus est.

Masora parva.

Mecholenu *saltatio nostra* non reperitur nisi hoc loco.

Ab. Ezra.

Cessavit] Ob oblationes quæ extitæ sunt. Et saltationes nostræ, tripudiantium & canentium.

Text. Heb.

16. Cecidit corona capitis nostri, væ jam nobis quia peccavimus.

Par. Chald.

Cecidit corona capitis nostri, væ nobis quòd peccavêrimus.

Masora parva.

Roshenu *capitis nostri* non legitur alibi.

Ab. Ezra.

Cecidit] Sc. domus Sanctuarii locus præsentiæ divinitatis.

Text. Heb.

17. Propter hoc languidum est cor nostrum, ob hæc obtenebrati sunt oculi nostri.

Par. Chald.

Ob hanc domum Sanctuarii, quæ desolata est, debile est cor nostrum, & propter populum illum Israelis qui hinc in captivitatem abiit, oculi nostri caligavêre.

Masora parva.

Dhaveh *languidum* non legitur nisi hoc loco. Coshcu *obtenebrati sunt* non extat alibi : at semèl legitur vecashcu, *Et obtenebrati fuerint*. Gnenenu *oculi nostri* undeciès extat.

Shel. Par.

Propter hoc languidum est cor meum, &c.] Propter illud quod exponitur scripturâ sequente, propterea quòd desolatus sit mons Sionis, & vulpes in eo ambulent.

Ab. Ezra.

Propter hoc languidum fuit cor nostrum] Et oculus caligavit præ multitudine fletus.

Text. Heb.

18. Propter montem Sionis qui desolatus est, vulpes in eo fuit illùc ambulant.

Par.

Par. Chald.

Propter montem Sionis qui desolatus est, vulpes in eo undique ambulant.

Masora parva.

Sheshshamem *qui desolatus est* non extat alibi. Sheugnalim *vulpes* bis *g* plenè extat.

Ab. Ezra.

Propter montem Sionis qui desolatus est] Verbum *h* præteriti tempor s est, quemadmodum, *i* Sicut amat.

Ambulare faciunt in eo] Sc. ambulare facientes, sicut, *l* Et aromatibus condiverunt eum. Aut potest esse, Hùc illùc ambulant juxta sensum verbi Halàc in forma gravi, ut sit verbum intransitivum. At quia invenit, *m* Nudum ambulare faciunt, coactus sum grammaticè exponere priore modo. Est etiam mos vulpium in regionibus solitariis versari.

Textus Heb.

19. Tu domine in æternum manes, thronus tuus à generatione in generationem.

Par. Chald.

Tu vidisti Domine in æternum es, domus sedis tuæ in cœlis excelsis est, solia gloriæ tuæ in generationes generationum sunt.

Masora magna.

Attah Iehovah *Tu Domine* tèr legitur initio versiculi. Et loca notantur in *Psal.* 102.

Masora parva.

Attah Jehovah tèr legitur initio versiculi. Ledhor vadhor *a generatione in generationem* quinquiès legitur *p* plenè scriptum.

Shel. Jar.

Et tu Domine] Novimus quòd in æternum manes, & quandoquidem ita sit, quare in æternum obliviscèris nostri? Annon jurasti nobis per teipsum? sicut tu stabilis es, sic juramentum tuum confirma.

Ab. Ezra.

Tu Domine] Novimus regnum tuum non cessaturum, sed à generatione in generationem te super solio regali sessurum.

Text.

g i.e. *Cum Vau.*
h *Hoc notat quia Shamem definit in Tseri non in Pathach. Vel potest legi, Participium anomalum est.*
i.e. *Shamem pro Shemem.*
i Gen. 27. 9.
l *Sensus est, Ambulare facientes* i. e. *hostes vastantes ambulare fecerunt vulpes in Sione sicut* Gen. 50. 26. *condiverunt sc. condientes. Potest & sic transferri. Et erit ambulare faciunt juxta sensum verbi Halac in forma gravi. Est enim verbum intransitium. Et quia &c. Sic duas dat rationes cur transferat Ambulare faciunt.* 10. *quia intransitiva in Cal fiunt transitiva in Piel.* 20. *ob locum Jobi.*
m Job 24. 10.
n *V.* Psa. 108. 27
Bib. Reg. legunt Tu ipse Domine
o *In Bib. Bux. est* Psal. 68. *mirus error; nil enim tale ibi.*
p *Sic cum Vau.*

Text. Heb.

20. Quare in æternum obliviſceris noſtri, noſque tempore longo deſeris?

Par. Chald.

Cur in ſecula errare facis nos, cur deſeris nos tempore longo.

Maſora magna.

Leorec jamim *in longitudinem dierum* tèr conjuncta leguntur. Et loca tradita ſunt, in *Pſal.* 93.

Maſora parva.

Leorec jamim tèr legitur.

Ab. Ezra.

Quare] Quoniam tu in æternum manes, quare obliviſceris noſtri? Selah.

Text. Heb.

21. Converte nos ad te Domine, & revertemur, renova dies noſtros, ſicut olim *fuerunt.*

Par. Chald.

Redire fac nos ad te Domine, & redibimus reſipiſcentiâ perfectâ, renova dies noſtros in bonum, q in tempore dierum bonorum qui fuerunt ab antiquis *temporibus.*

q *Suſpicer eſſe Beth pro Caph, Sicut tempore. Sunt enim literæ ſimiles & Text. Heb. & ſenſus favent.*

Maſora parva.

Jehovah ab Orientalibus legitur Adhonai. Venaſhubha *& revertemur* lege venaſhubcah. Chechedhem *ſicut olim* bis extat.

Ab. Ezra.

Reverti fac nos] Ad urbem ubi habitat nomen tuum, ut revertamur, & tibi ſerviamus, ut in ſeculis priſtinis.

Text. Heb.

22. At in perpetuum abjeciſti nos, valdè in nos iratus es.

Par. Chald.

At enim deteſtatione deteſtatus es nos, vehementer in nos commotus es.

Maſora magna.

r *Errat Maſora utraque, nam* Eſ. 7. 15, 16. *plenè ſcribitur, ſc. cum Vau.*

Maos *rejiciendo* tèr legitur, idque *r* defectivè ſcriptum. Et loca ſunt, Butirum & lac comedet, Eſ. 7. 15. Nam priuſquam noverit puer, Eſ. 7. 16. At in perpetuum abjeciſti nos, commotus es, *Lam.* 5. 22.

Maſora

Masora parva.

Maos tèr extat defectivè scriptum.

Shel. Jar.

At in perpetuum abjeciſti nos] Non erat tuum iram multiplicare nimium, ſicut iratus es, quia peccavimus.

Ab. Ezra.

At] Reduc nos citò : at ſi abjeciſti nos ob iniquitates noſtras, iam in nos iram magnam exercuiſti. Et ſenſus verus mihi videtur eſſe, At abieciſti nos, *i. e.* ob peccata noſtra iam iratum te præbuiſti in nos plùs quàm ſufficeret. Ille autem pro miſericordia ſua noſtri.

Et languentium miſereatur,
Et lugentes ſoletur,
Et principem Michaelem excitet,
Qui bonum Iſraeli annuntiet,
ſ Et Sionis redemptor veniat.
Converte nos ad te Domine & revertemur, renova dies noſtros ſicut olim *fuerunt.*

Shel Iar.

Propterea quòd librum abſolviſſet verbis reprehenſionis, neceſſe fuit repetere ſcripturam præcedentem vice alia : & ſic fit in fine Eſaiæ, & duodecim prophetarum & Eccleſiaſtis.

ſ *O quàm cæci ſunt Judæi eruditi, qui Meſſiam adhuc expectent. Deus oculos eorum aperiat, ut priorem adventum ejus agnoſcant, ne in poſteriore confundantur.*

t i.e. *In fine horum librorum v. penult. iterum ſcribitur, quia verbis minatoriis deſinunt. vid. Bib. Hebr.*

Finis libri Lamentationum.

Finis libri Ecah,
Laus Deo ſuprà,
Populo ejus medela.

FINIS.